

9 ANALYSIS
LIBRI III. Cod. tit. XX.
UBI DE
HÆREDITATE AGATUR,
VEL UBI
HEREDES SCRIPTI
IN POSSESSIONEM
MITTI POSTULARE
DEBEANT.

P. 302.
QUAM

D. T. O. M. A.

SUB PRÆSIDIO

DN. JOH. OTTONIS TABORIS, JUD.
CELEBERRIMI, CODICIS ET FEUDALIUM
consuetudinum in alma ARGENTORATENSIVM UNIVER-
SITATE Professoris meritissimi, Patrōni & Præceptoris
devoto pectoris cultu etatim
prosequendi.

Publico Solennig, examine ventilandam
proponit

die 15. Augus*t*.

JOHANNES SEBASTIANUS GAMBS,
ARGENTORATENSIS,
AUCTOR ET RESPONDENS.

OS:O:SO

ARGENTORATI.

Typis JOHANNIS RPPPII.



DC. XLIII.

VIRIS
NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS,
DN. JOH. MICHAELI STEMLERO.
DN. JOHANNI WENCHERO.

eminentibus pariter in
remp. universitatemque
meritis excellentissimis.

illi Consulari
huic Tredecimviro.

& Scholarchæ
Inclytis, felicibus,
pijs

cum aeterno obsequio,
devotoq; cultu

S. P. D.

tantorum patronorum
cliens humillimus

Cognatus observantissimus

Johannes Sebastianus Gambs, Argent.
Auctor & Resp.

Duae præcipue sunt, Viri Amplissimi, ad proficien-
dum propositæ viæ: alteram syntheticam, alte-
ram vocant Analyticam. Ista fundamenta no-
stræ jurisprudentiæ, hæc textuum accuratius ex-
plicandorum rationem monstrat & ostendit. Utramque ut
conjungeret Excellentissimus Dn. D. T A B O R. antecessor al-
mæ hujus Universitatis longe celeberrimus Patronus & Prä-
ceptor

41
481

ceptor sancte colendus, anno superiore, cum in Collegio
quodam privato sacratissimas Justinianei Codicis constitu-
tiones occasione paratitlorum Cujacianorū enodaret, non
inutile fore duxit, si singulis septimanis una atq; altera diffici-
liorū legum vel authenticarum uberiori paullo explicatione
ab aliquo collegarum proponeretur. Quod ubi per aliquorū
mensēs obseruatū ratus, si utilissimā exercitationis species priva-
ti congressus limitibus inclusa lateret, publico solenniq; ex-
amini l. un. C. Ubi de poſt. analysin exhibuit. Hujus ego exem-
plum secutus, non inconsultum fore putavi, si quæ in l. un. C.
Ubi de hered. notatu digna, variisque dubiis involuta depre-
hendissem, brevi disputatione completerer. Materiæ ipsius
utilitatem pluribus commendare haud opus esse judico, ipse
cā ſjudiciorū introitus ostendit: illud potius declaratione in-
digere videtur, cur textus hujus elaborationē fuscipere fusi-
nuerim. Nam sive quæſtionis propositæ difficultatem, velle-
gum, ſacroſanctam nec niſi digne tractandam auctoritatem
respicio, ſive mei ingenij tenuitatem vel studiorum imbecil-
litatem confidero, ubique quod detergere aut debuiffet, aut
potuiffet nimium quantum offendō. Sed nimirum movit
me & ipſa noſtræ materiæ cum jam explicata l. un. C. Ubi de
poſt. ag. affinitas; tu quia facilem veniam & æratem meanam &
instituti rationem mereri credebam. His ego incitatus ratio-
nibus præſentem elaborationem ſolenni diſceptationi pro-
ponere, vestrisque, viri Ampliſſimi, iſtib⁹ nominib⁹
inscribere non dubitavi. Impulit me eo humilis observan-
tia & ſancta veneratio, quam virtutes vestræ & grande patro-
cinium ultro ſibi pofcere videbantur. Virtutes, queis civita-
tem, ſcholam & honestas animas pariter tuemini: patroci-
nium, quod plurima veftra in me collata beneficia haſtenus
cōprobauunt, & imposterum comitas bonitasque, qua uni-
versani rempublicani, artes imprimis liberales, artiumque
cultores

S,
O.
.

cien-
alte-
no-
is ex-
ue ut
oral-
Præ-
ptos



cultores amplexamini, firmiter sperare jubent. Fateor sane, nihil in his thesibus reperi, quod aut dignitati vestrae aut prudentiae respondeat, sed nec ea confidentialia, quasi responderent, consecravi. Non enim laudibus vestris exequim praestare, aut egregia in bonas litteras merita hic describere in animum induxi. Brevitas paginæ prominet, nec vestra patitur moderatio. Sufficit enim vobis sola virtus, ipsaque in se sat amplum præmium nanciscitur. Paremus ergo sanctissimis voluntatibus, nec amplius tam quid virtutes mereantur, quam quid aures vestrae modestiaque ferre queant cogitamus. Quare & ego, ubi primo ad disputationis hujus dedicationem accessi, nulla de re fui sollicitus, nisi ut pro tot tantisque in me à vestris amplitudinibus cumulatis beneficiis, pro tutoria etiam fide, quā à te, Stemlere Nobilissime, patronē colendissime prolixè expertus sum, gratum animū, nō tamen omunetis præstantia, quam humilitate affectus, piisque precibus demonstrarem. Valete patriæ patres, & diu Reip., splendidis familiis, nobisque omnibus vivite felices, magnifici, gloriosi. Valete patroni optimi, & hoc quāle cunque devoti animi monumentum benevolā mente accipite, me deinde inter vestros clientes benigne numerare haud dignamini. Perscriptum Argent. VI. Idus Augusti Anno reparata Salutis M. DC. XLIII.



LIBRI



482.

L I B R I I I I . C o d . t i t . X X .

U B I D E

HÆREDITATE AGATUR,

VEL UBI HEREDES SCRIPTI IN POS-

S E S S I O N E M M I T T I P O S T U L A -

R E D E B E A N T .

L . un . Imp . VALERIANUS & GALLIENUS AA .

Messia (vulgo Messala)

Illic ubi res hereditarias esse proponis,
heredes in possessionem rerum heredita-
riarum mitti postulandum est. Ubi autem
domicilium habet qui convenitur, vel si
ibi, ubi res hereditariæ sitæ sunt, degit: hæ-
reditatis erit controversia terminanda. Dat.
7. Kal. Maij, Seculari & Donato. Coss.

A N A L Y S I S .

Prolegomena, continentia partem generalem.

T H E S I S I .

Aggressurus, bono cum Deo, explicationem l . un . C . ubi de
hereditate agatur, vel ubi heredes scripti in possessionem mitti
postulare debeant, ut multa de materia utilitate disseram.
Supervacuum esse judico; illis potius laudandorum the-
matum suorum cura relinquenda, quorum usus haud ita
manifestus est: de competenti foro queratio, quam sit necessaria, pri-
mus statim judiciorum introitus docet. Rectius contra & magis ex
ordine facere mihi videbor, si processu cujusdam loco, ipsam inscriptio-
nem

A



nem & subscriptionem pleniori paullo stylo proponam. Ita autem se habet inscriptio. IMPERATORES VALERIANUS & GALLIENUS.
AA. MESSIAE.

2. Patere hic omnibus credo quid velit sibi vox: IMPERATORES: non nudi tituli esse honorem, qualem etiam prisci duces rebus egregie gestis, fortibusque facinoribus perpetratis meruerunt. Et id est quod Plinius Panegyrista c. 12. n. 1. ait. Vident enim Romanum ducem, unum ex illis veteribus & priscis, quibus Imperatorum uomen addebat contexti eadibus campi, & infecta Victoria maria. Hinc & Titum apud Suetonium in eius vita c. 5. Cæfarem adhuc, Augustumque filium, superata Hierosolyma, favore militum IMPERATOREM vocatum legimus: similis huius vocis acceptio occurrit in Tac. 1. A. 3. 21. 9. 2. 1. 58. 7. locisq; infinitis aliis. Et hanc quidem nominis notationem à nostro sensu esse alienam, quemvis facile videre autem; præfertim cum in hoc significatu vox Imperatoris semper nomini proprio soleat postponi: id forte observatu digniss: quod vox Imperatoris quando nomini proprio præponitur nativum suum semper retinuerit sensum: ut is sit, qui Romanæ dominationi præses sacratissimam in terris majestatem obtinet: vox vero Augusti (teste Zonara tom. 3. Annal. in vita Alexii Comneni. Not. in Ceuropa: ad p. 12.) posterioribus temporibus aliquando etiam iis addita legatur, qui bonis auctoribus. Cæsares & confortes imperij dicuntur.

3. Succedit vox Valerianus. Duo autem Valeriani cum Gallieno imperium tenuerunt, pater cognomento Colobius Victor in Epit. Cæs. 32. & filius. Hic (quod probe notandum: adfert enim in anno investigando aliquod lumen) pater (teste Labitio in indice) intelligendus: (1) enim fasti Capitolini Secularis Consulatum secundum & Donati primum referunt ad Valeriani patris imperium: Nicæphor. Callistus lib. 6. Histor. 10. (2) quia Valerianum istum præpositum Gallieno hic legimus; cum Valerianus filius Gallieno postponatur, utputa ab eo Imperator factus, vid. Treb. Poll. in vit. Val. Iun. (3) quia Valerianus junioris nomen in nullis (quantum ego scio) constitutionibus adjectum, sed semper post Valerianum primum captum, solus Gallienus legitur: exempla sunt in l. 7. C. de probat. l. 3. 4. C. de in lit. jur. l. 4. C. de Siar. Unde & dubitatum antiquitus fuit an Valerianus junior ad summum imperij fastigium tandem pervenerit. Treb. Pollio in vita Gallieni. cap. 14. Titulus forte prout ex antiquis numismatibus & historiis colligerelicit, ita posset plenius concipi. IMPP. CC. P. AVRELIVS. LICINIVS. VALERIANVS. COLOBIUS. PATER. ET. PVBLIVS. AVRELIVS. LICINIVS. GALLIENVS. FLIVS. AA. MESSIAE.

4. Et



4
150.

4. Et hactenus de rescribentibus Imperatoribus dicta sufficient,
sequitur ut de persona qua re scriptum hoc impetravit agam : Ea in vulga-
tis Editionibus Messala dicitur , haud dubie ex errore & negligentia
describentis; valde enim probabilis hic videtur lectio subtilissimi Cu-
jacy pro Messala Messiae legentis s. O. 19. (1) quia & hanc lectionem
veterum manuscriptorum fide probatissimorum confirmat auctoritas :
Obrechtianus enim unus probatissimus, & qui jam quatuor pñne sa-
cula explevit, hanc inscriptionem repræsentat : Imp. Val. & Gall. AA.
Messiae altera etate posterior, ita: Imp. Val. ac Gall. AA. Messiae. (2) arg.
L.2.C. interdñ. quam ut legis nostræ unicæ partem credamus, & quod
ab iisdem Imp. , eadem die, de eadem fere materia rescripta est per-
suadent. Vult. in comment. b. n. 9. diss. quod ad conjunctionem harum
ll. attinet Zangerus p. 2.c.1.n.109.

5. Et cum hac quidem inscriptionis explicatione rectissime
convenit subiecta hic subscriptio : Datum 7. Kal. Maij Seculari ii. &
Donato Cons. Ita & fasti Capitolini & cæteri habent Chronologi, nisi
quod Vecchetti & Calvisius in Editione veriusiore & Helvius in Theatro Hi-
storico hos Cons. (qua de causa & quam legitime peritiorum relinquo
judicio,) omittant. Horum Consulatus incidit in annum urbis Con-
ditæ 1012. Olympiad. 1259. annū 4. Christi Salvatoris nostri 261. im-
perante Valeriano patre & Gallieno annos septem, uti quidem Con-
tius Fastos Consulares exhibuit : adeoque lata est eo ipso anno, quo
Valerianus à Sapore captus & in misericordiam servitutem detrusus est.

6. Onuphrius Panvinius, Joh. Cuspinianus & alii, horum con-
sulatum referunt ad annum urbis conditæ 1013. A quibus fasti Capi-
tolini dissentunt ; Valerianus quoque Imperator, ut accuratissime
Vecchetti observavit, anno urbis conditæ 1012. 28. Septembri die à
Sapore rege captus ad equum stare coactus fuit , ut adeo anno 1013.
7 Kal. Maij constitutioni h.l.un. eius nomen præscribi non potuerit.
Nec obstat quod laudatus modo Vecchetti, qui in anno urbis con-
ditæ alias consentit, Valerianum captum affirmet anno post Chri-
stum natum 263. forte enim distingui potest annus Christi nati post
innocétiū lanienam (unde quidam Ecclesiastici scriptores numerū
ordiuntur) & ante innocentium lanienam: qua distinctione adhibita
Vecchetti parum à ceteris dissentit. Unicum adhuc dubium restat
in historia hujus legis : diximus superius legem hanc latam anno
septimo postquam Valerianus imperium suscepit: à qua sententia
manifesto discedere videtur Paulus Diacon. libr. 10. cap. 33 fin. ubi ait:
Regnavit (subintellige Gallienus) annus quindecim sex cum patre, novem

A 2 solus.



*solum. Si auctoritatibus hic pugnandum esset, forte Diacono Vittorem
opponerem, cuius in Epis. Cof. c. 35. in fin. haec verba repetio. Regnavit (sic!
Gallienus) annos quindecim, cum pare septem & solus octo. Verum non
est opus inter diligentissimos scriptores quandam disensem statue-
re, modo anno imperij septimo Val. captum, considerantes alterum
ad completos, alterum ad inchoatos etiam annos respexisse dicamus.
Atque hactenus de inscriptione & subscriptione tanquam externis
circumstantiis satis dictum: quod ideo plenius hic proponendum pu-
tavi, quia eadem subscriptione in multis aliis textibus reperitur: praesertim in l. 2. c. de interd. l. un. C. de tabb. exhib. in quibus textibus ne qui-
dem dies rescripti variat: progredior nunc ad ipsius propositi textus
enucleationem.*

Partis primæ.

CAP. I.

1. Dividi totus hic titulus potest in questionem partis consu-
lentis, & decisionem Imperatoris rescribentis. Questione latere videtur
in rubrica, argumento verborum corresponditorum: Ubi & illic;
decisione in ipso textu. Utraq; duobus absolvitur capitibus; quorū prius
agit de foro competenti judicij hereditatu posseffori. Ubi heredes scripti
in possessionem mitti postulare debeat. alterum de foro compe-
tentij judicij hereditati petitorij. Ubi de hereditate agatur.

2. Prius caput de possefforio constituo. Hoc enim (1) ipsa
judiciorum requirit natura, ordo & consequentia. Quamvis enim
possefforium cuin petitorio aliquando conjungi posse non negem.
vid C. l. A. de interd. l. tb. 4. Dd. praesertim l. sonem jun. & sen. cit. a Wesenb.
Comm. Cod. de petit. hered. n. 50, regulariter tamen is qui actionem insi-
tuere vult circumspicere debet, an aliquo interdicto nancisci posse-
fitionem possit. l. 24. ff. de R. V. cum inter litigantes non aliter lis expe-
diri queat, quam si alter petitor, alter posseffor sit l. 62. de jud. quod inter-
dicto vel alio remedio possefforio expedientum. §. 4. l. de interd. l.
Deinde (2) ipsius nostri propositi textus hoc suadet conexio, qui priori
loco de possefforio judicio, postea demū de petitorio rectissime agit.
Quibus rationibus & considerationibus non obstat propositi hujus
tituli rubrica, quæ inversa ratione ita concepta est. Ubi de hereditate
agatur (sive ut in C. Obrechtiano. Ubi de hereditate agit:
quanquam alter etiam habeat agatur) vel ubi heredes scripti in
possefforio



orem
scil.
non
tue-
rum
nus.
tris
pu-
fer-
qui-
xus

nsu-
eum
lic;
rius
cripti
pe-

ipsa
nim
em.
enb.
nti-
slef-
xpe-
din-
dict.
prior-
git.
iujus
edi-
ngi:
i in
lio-

484.
possessionem mitti se postulare debeant. (Codex Obrechtianus.) Ubi scripti heredes mittuntur in possessionem: Alter tamen posterior consonat vulgata. Ubi scripti heredes in possessionem mitti postulare debent.) Id enim fit vel ob dignitatem petitionis, quia principalibus judicis accessorio & preparatoria merito ratione theoriae cedunt. Et hinc esse existimo, quod prius de rei vindicatione & aliis actionibus realibus in ff. & Cod. quam de actione ad exhibendum, quæ tamen propter vindicationes cum maxime introducta est l. i. ff. Ad exhibendum, agatur; priusque explicitur judicia petitoria quam possessoria, cum tamen in processu & rerum actu hæc præcedant. d. §. 4. l. de interd. l. 3. C. Quor. bon. Posset etiam ideo factum videri, ut evidenter esset ex coheræntia & connexione sententia, si ubi desinaret quæstio, statim inciperet rescriptum & responsio. Et hanc priorem partem rubricæ generalem esse arbitror. Vbi de hereditate agatur vel agi debeat, cui deinde annexetur species difficilior, ubi heredes scripti in possessionem mitti debeant. Quorum pertinet conjunctio & quæ dicitur vel in Codice Obrechtiano, & altero superius designato habetur. Nec semper alias rubricæ nigro seu textui subiecto ex æquo respondent, vid. Cujac. in τ. ff. de ferius & di. at. Facit quod in ceteris casibus, cum possessoriæ actiones ex professo instituuntur, forum domicilij utriusque judicio commune sit.

3. Forum autem competens judicii de hereditate possessoriæ ita definiuntur Imp. Ilic ubires hereditariae esse proponit, heredes in possessionem rerum hereditiarum mitti postulandum est. Converfa hæc est propositionis; clarius ita efferrur. Ilic heredes in possessionem rerum hereditiarum mitti postulandum est, ubi res hereditarias esse proponis. Continet autem hæc propositionis & nomen logicum & verbum seu predicatum. Nomen & subiectum & objectum, seu explicat & qui pertinet & quid petant. Illi vocantur heredes: magis limitate in rubrica heredes scripti: quæ observatio non obscure comprobatur explicacionem Cujacij in τ. C. b. & s. O. 19. C. I. A. test. quem aper. th. 10. n. 3. qui hunc textum de missione in possessionem ex Edicto D. Adriani (hodie D. Justiniani) explicant. (quibus haec tenus consentio, quatenus contradicte non accedente possesso per implorationem officii judicis imperatur, non etiam si strenuus adversarius misso se opponat uti notatum in f. c. 2.) Ea n. sola, quæ ex Edicto D. Hadriani petitur missiois species scriptis heredibus singularis est l. 2. 3. C. de Ed. D. Hadriani toll. interdictum quorum bonorum ad heredes ab intestato venientes

A. 3. impre-



imprimis pertinet. t. t. C. Quor. bon. C. I. A. test. quemad. aper. thes. 13. dico
imprimis: nam progressu temporis scriptis quoque heredibus accom-
modatum fuisse, non inficior. vid. C. I. A. in tit. Quor. bon. thes. 3. Bachov.
2. d. 25. thes. 1. lit. G.

4. Ab hac explicatione dissentit glossa: idq; tum in casus figura-
tionem tum ad verbum postulandum; quæ hunc textum non modo de
Edicto D. Hadriani, sed & interdicto quorum bonorum explicat:
subscribit Pac. in Isag. C. b. n. 2. ibi: hoc in omnibus heredibus locum habet,
in quo loco per bonorum possessionem prætoriam hunc textum l. un-
interpretatur; simulque nostram opinionem refutat. (1) quia nihil
firmiter ex rubrica concludatur: quod enim heredes scripti dicantur, id
ideo fieri, quia hic de herede in possessionem à prætore mittendo aga-
tur: jure autem prætorio testamenta fieri per scripturam à testibus
obsignatam §. 2. Inst. de testamentis. (2) quia qui in rubrica cum limi-
tatione heredes scripti dicuntur, ij in textu simpliciter heredes app-
pellentur. Posset (3) adiicj & illud, quod omnes à rubrica desumptæ
argumentationes sint infra max. quippe que plus sæpe (exempli tituli de
fervi:) sæpe minus (exempli tit. C. Etiam ob chirograph. pec.) quam suum
nigrum contineant. Quæ argumenta non ita nos movere possunt, ut
ab accuratissima Cujacii & Wesselenbeccii in comment. C. ad l. un. C. b. t. n. 2.
explicatione discedamus. Etenim initio falsum est, & à nobis con-
stanter negatur, quod Pacius pro fundamento sue responsionis ponit,
hic agi de missione in possessionem à prætore vel jure prætorio consti-
tuta, Valde n. durum fore (1) rubricam, (in quibus tamen cōcinnandis
liberior compilatoribus potestas erat;) de jure veteri & jam diu obso-
letō: ut patet ex §. 3. Inst. de testam. juncta l. 21. C. eod.: interpretari, contra
præceptum Justiniani in l. 1. §. 10. l. 2. §. 10. C. de V. I. E. Nec obstat (2)
quod Imperatores in sanctione ipsa simpliciter heredes sine ulla adje-
ctione pro subiecto constitutionis nostræ ponant: repetitum enim
semper præsumitur in responsione quod propositum est in interrogati-
one: ita v. c. qui Titium & Seium & domum & centum stipulan-
ti respondit, dabo: ad omnia respondisse omniaque ea promissæ vi-
detur §. 17. Inst. de inut. sfp. Nec denique huic loco exceptio; sed potius
regula de rubricis applicari debet: cum semper regula vera præsu-
matur donec probetur exceptio.

5. Objectum est, petitio millionis in possessionem rerum here-
ditarum. In textu primo vox occurrit possessio: quam varie autem
possessio in Jctorum libris usurpata legatur, supervacuum esse arbi-
tror prolixè referre, cum C. I. A. satis diffuse & accurate id explicari

in tit.

4054

in tit. de A. vel A. pos. thes. 2. & 5. Illud admonuisse sufficiat nos non tantum posselli onem proprieti c dictam, quando est detentio cum affectione insistendi suo nomine, vel sibi habendi. l. 1. §. 20. l. 18. de A. vel A. pos. l. 4. §. 1. l. 15. §. 4. de prec. sed etiam possessionem in sensu stricto, seu cum effectu pleniori sumtam intelligere, id est, eam quæ retinetur animo dominantis secundum Theoph. aliosque citatos à C. I. A. de A. vel A. pos. th. 4. & usucaptionem præscriptionemque producit qualis est illa ex l. ult. C. de Edict. D. Had. toll. de qua hic agi adversus alios qui bonorum possessionem prætoriam contra rubricæ limitationem, quæ de heredibus scriptis tantum loquitur, aut ex interdictis competentem intelligent, thes. superiori ostendimus.

6. Sequitur vox rerum hereditariarum. Valde accurati in hac voce esse videntur Imperatores, dum in priori casu, ubi de possessione agitur, tam in subiecto quam prædicato, & in rubrica & textu, voce rerum hereditariarum utuntur: in posteriori vero, ubi ipsum petitoriū; (in quo sc. foro illud institui debeat) explicatur, in subiecto utrobiq; & nigro & rubro hereditatē, in prædicato iterum res hereditariæ ponunt. Rectissime. Cum enim hereditas jus sit. l. 24. 119. de V. S. adeoque res incorporalis. §. 1. Inst. de reb. corp. & incorp. proprie in eius possessionem mitti dici nemo potest; sed demum per consequiam: res enim incorporales non possidentur. l. 43. §. 1. de A. R. D. l. 4. §. 27. de Vsurp. quippe cui insistere nequeamus. l. 1. pr. de A. vel A. pos. Unde etiam esse existimo quod in l. 2. Quorum bonorum denegetur interdictum contra debitores hereditarios, cum tamen petitio hereditatis recte in eos intentetur. l. 13. §. ult. de H. P. Contra vox rerum hereditariarum non jus, sed corpora; non hereditatem, sed res, quæ in hereditate reperiuntur, denotat. Hinc facilis ad argumentum Donelli responsio, qui l. Comment. 17. f. hereditatem nullib[us] esse, utputa jus contendit: qua eadem ratione nec in possessionem hereditatis quis mitti posset ex ante allatis fundamentis. Resp. enim (1) cum Hillig. distinguendo inter hereditatem consideratam in thesi seu abstracto, & in hypothesi seu concreto: secundum priorem significationem rectissime procedere Donelli argumentationem concedo: in posteriori alicubi relista. l. un. C. ubi fid. & esse hereditas dicitur. l. 50. de jud. Deinde & illud repono: vel ob hanc ipsam rationem Imp. maluisse & in priori textus parte, & posterioris prædicato, vocabulo rerum hereditiarum uti, ut appareret ibi de jure hereditatis agendum ubi res sunt. vel existunt.

7. Con-



7. Concludunt tandem & terminant subjectum nostrum verbe *mitti postulandum* est: Duo in his verbis notanda. (1) quod Imperatores utuntur gerundio *in dum*, quod necessitatem importat, & alia foras, quale est domicilij, excludit: ut *postulandum* est, idem significet, quod in rubrica postulare debeant, id est, teneantur. Idem de gerundiis *in do* notat *Castrensis ad tit. de Edendo in rubrica* nisi verbis apponantur, quo casu explicationis vicem subire fatetur. Quod regulariter quidem & hoc ipso in casu, omnibus ita circumstantiis & oppositione alterius partis suadentibus, procedit; non tamen hunc canonom exceptione carere diffitemur: aliquando enim quod negare non auferim gerundium etiam *in dum* dubitationis notam continet. ita in l. 82. pr. de leg. 2. ut & in l. 2. Ad SC. Treb. vox dicendum est, optimè explicatur per phrasin duci potest, sic in l. 20. de Evict. excipendum est, id est, excipi potest: similiter & phrasis petendus est, exponenda venit in l. 66. §. 6. de leg. 2. vid. C. I. A. de leg. th. 29. num. 6. in fin. ubi plura affert exempla.

8. Secundo diligenter observanda, proprietas vocis *postulare*, multum enim hæc notatio facit tum ad rationem decidendi: tum etiam ad tollendam pugnam quæ videtur. l. 2. C. de interdict. cum nostro textu intercedere. Ut igitur ab origine hanc vocem derivemus: antiquis olim temporibus, cum judiciorum accuratus adhuc observaret rigor, is qui actionem intentatus erat, postquam teo in jus vocato, coram prætore quam actionem elegisset, expressisset, for mulam sibi decerni postulabat: contra reus à prætore ad vocatum perebat. & haec strictissime primis temporibus erat postulatio. Ros. lib. 9. antiqu. cap. 12. Postea laxior paullo hujus vocabuli usus invaluit, ut postulare hodie in propria sua significatione nihil aliud sit, quam desiderium suum vel amici sui, in jure apud eum qui jurisdictioni præst, exponere, vel alterius desiderio contradicere. l. 1. §. 2. de postulando, adeo, ut postulare officium judicis implorare saepius significet. l. 7. pr. l. 13. §. 13. de damn. inf. l. 15. de O. & A. & hac l. un. Quo argumento iterum colligere licet, eos errare qui textum nostrum generaliter de possessorio hereditatis judicio cum Dn. Gothfr. in not. hic & Zang. p. 2. de except. cap. 1. num. 108. accipiunt, præter cæteras enim circūstantias & ipsius hoc verbum *postulare*, docet loqui Imp. de casu quando sine contradicente petitur possessio ex Edicto D. Hadriani; & totus processus magis executionis cuiusdam causa paratus videtur. Bald. hic & Menoch. de adip. poſ. rem. 4. num. 402. Bach. 2. d. 25. theſ. 1. lit. M. Quod ut firmiter statuamus non tam illa nobis ratio persuadet, qua Weſenb. in 7. Cod. hu. primo loco utitur, scribens, non posse hunc textum accipi de possessione prætoria de qua



de qua sit de bon pos. Nec enim, inquit, hereditib. datur. §. 1. 2. (al. pr.) Inst.
de bon pos. Quoniam ea ratiocinatio certe aut ambigua, aut falsa etiam
est. Siquidem perspicuum est vel ex oppositis paragraphis, bon pos-
sessionem omnibus hereditibus & institutis & ab intestato vocatis da-
ri. C. I. A. de bon pos. §. 10. Pac. in sag. h. n. 2. Sed potius altera illa, quod pre-
dicato huic restricto adequatum debeat subiectum supponi: atqui
est omnes actiones regulariter recte in loco domicilij proponi c. n.
§. 3. de for. compet. in 6. l. heres 19. de jud. Unde sequitur hic non intelligi-
endas esse possessorias illas actiones l. i. inf. de interd. Sed imploratio-
nem officij judicis, quae olim fiebat in jure, hoc est, apud tribunal praetori-
oris implorato magistratus officio: ac etiamnu apud eum judicem rectissi-
me fit, in cuius territorio res sita l. 3. §. pen. ubi Dd. l. 12. §. 1. de reb. auct.
jud. posid. Quod idem intelligimus de Ed. D. Hadr. cum possessione vacat, &
nullus contradictor adest; quod si non contradictor adsit, cum quo agen-
dum sit vel interdicto quor. bonorum, aut ex ipsa l. ult. C. de Ed. D. Hadr.
vid. C. I. A. test. quemad. aper. th. 8. tun. & in possessoriis istis judicis com-
munis regula l. 2. C. de interdict. obtinebit: ut videlicet actor pro suo
arbitrio eligere possit vel forum domicilij rei, vel forum rei sita. Wes.
comm. Cod. ad l. un. h. inf. Facit quod in posteriore legis parte tantum
sit mentio controversiae hereditariae: Quo innuitur in priore parte
non agi de possessione controversa, sed vacante.

9. Hanc itaque possessionem ibi petendam Imp. in prædi-
to definiunt, ubi res hereditarias esse pars proposuit. Quid verbum re-
rum hereditiarum denotet, explicavimus jam in thef. 6. huius cap. re-
stat vox esse, quae idem significat quod in fin. legis res sita sunt & in l. ult.
C. ubi in rem. verba, consuetu& sunt. Ut e. sciamus ubi res sita dici debeat
imprimis distinguendum inter res immobiles, mobiles, & nomina
seu actiones. De rebus immobiliis, sub quibus & anni redditus &
similiajura comprehenduntur, questio non multis difficultatibus
est immersa. Ibi enim, ubi jacent, sita, ac sub territorij ejus jurisdictione
comprehensa censentur. Exceptio est in domibus privilegiatis,
licet enim & eae ibi sita sint, ubi reperiuntur, jurisdictioni tamen exi-
muntur. Carpzoy. 3. 12. 12. & seqq. præcipue de fn. 20.

10. Mobilium questio majoribus difficultatibus immersa vi-
detur: pendet enim ex ferre ex voluntate habentis. l. 35. §. 3. de H. l. 39.
§. 2. de aur. & arg. leg. ex qua cuncta veniunt dijudicanda. Forsitan recte
distinxeris inter mobilia rebus immobiliis addita ea destinatione ut
perpetuo ibi sint, vel no: & per se considerata. Illa res immobiles sequi
& illic locoru esse, ubi prædia existunt, putantur: ita oves & animalia

ad agrum stercorandum relicta pro parte agri habetur, & ancilla, quæ in fundo esse consuevit, etiam fugiens ibi esse creditur. l. 84. §. 10. de leg. i. Contra quæ ea destinatione in fundo relicta non reperiuntur, nec ibi esse existinatur; hinc in l. 86. de leg. 2. nomina in domo reperita quasi in domo nō essent, habentur & in l. 86. de leg. 3. nec minus nec majus effici legatum domus cum omnibus, quæ mea ibi erunt, cum moriar, quad casu ibi sit vel absit recte definitur. adde l. 32. fin. ff. de pignoribus. l. 44. 78. pr. §. ult. de leg. 3.

11. Quod si res ex mobiles per se considerentur & simpliciter, sequi semper domicilium patris familias censemur. Cum enim, ut superiori thesi notatum, res mobiles ratione jurisdictionis ibi sint ubi eas esse dominus vult; veritati maxime consentaneum videtur, ut ibi quisq; putetur res suas esse velle, ubi ipse larem rerumq; ac fortunam summa constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet. l. 7. C. de incol. 10. 39. ex quo manifeste liquet, ibi res non praesumuntur, ubi quis fundum conductum possidet, cum enim inde certe sit discessurus, animo relinquendi ibidem res mobiles nemo transtulisse videbitur.

12. Supersunt nomina seu actiones, quæ ut proprie nullibi sitæ (tanquam jura) dici possint, sicut nec possideri: quemadmodum tamen in corporalia quasi possidentur. l. 20. pr. de S. P. V. l. 23. §. 2. Ex quibus causa major, ac licet per se non veniant in interdictum Quor. bon. l. 2. Quor. bon. tamen saltem per consequentiam iudicio postessorio postulari possunt; Ita quoque nomina in loco quodam vel per consequentiam sita recte dici possunt; & hoc communis Dd. calculo probatur: Ubi autem sita existimentur discrepant Dd. Carpz. 3. 12. 14. ibi esse nomina sita existimat, ubi actor vel creditor domicilium habet: quia ea semper personas sequantur. l. 3. pro socio. Quod utut locum habeat in non minibus vel obligationibus generum, ita si certæ species debeantur, vetiorem existimo Gail. sententiam quam Cameralibus præjudicis firmat; 2. O. 11. n. 9. 10. ut distinguendum sit, si res immobiles debeantur, si mobiles. Si immobiles eas actiones iure immobilium; si mobiles iure mobilium censeri putantur: quod sequitur Coler. de process. execut. c. 3. p. 1. num. 251. per l. 52. de A. R. D. l. 15. de R. I. Et ita quidem res singulæ in loco quodam sitæ dicuntur: Universitas autem esse ibi censetur, ubi major hereditatis pars est.
l. 50. de iud.

CAP.



47
487

Explicans summam & casum no- stri rescripti.

In summa e. pars prior textus nostri id dicit. Ibi ex Ed. D. Hadriani in bona hereditatis vacantia, vel officio judicis implorato missionem postulandam esse, ubi res hereditariae sitae sunt. consentit Balá. h. alij nimis generaliter; aut cū Gothof. in not. h. ad vocem vel ibi possessorum breditatis petendum ubi res sitae; aut possessorum cum Mornacio h. spectare res hereditariae, tradunt: (quibus non alienum videtur C. I. A. de jud. thes. 239.) quippe cum & in rubrica vox scripti, & in textu proprietas vocis postulandum est. & oppositio in verbis finalibus. ibi: *controversia clarissime textum nostrum, uti diximus, restringant. Quod si vero quis ex ipsius casus figuraione clariorem se lucem accipere posse judicet, per extensio ita hujus partis sensum poterit proponere: Sempronius mortis cogitatione & beneficiis Messiae vel odio proximorum motus, ut ex voluntate & animi sui sententia successorem haberet, qui exequatur ea que fieri vellet; Messiam amicum suum heredem instituit. Legitimi vel substituti huic Messiae controversiam hereditatis movent; forte quod in persona eius aliquid desiderent: arg. l. 40. 41. de hered. inst. § ult. Leod. Messias itaque ante omnia ex Edicto D. Hadriani in possessionem mitti desiderans, ubi forum competens sortiatur, dubitat. Movet eum quod in Edicto D. Hadriani nullum forum expressum deprehendatur, adeoque à simili argumentatio facienda sit l. 12. 13. de ll. jam vero interdicta personalia esse novit. l. 1. §. 3. de interd. Itaq; forum domicilij, seu cuius provinciae reus est, præsidem adeundum censere poterat. His tamen rationibus parum moti nostri Imperatores, cum in possessorio nullum adversarium existere posse cernerent, (dissentire haec tenus videtur Cujac. π. C. h. & s. 0. 19. ubi hunc textum de Ed. D. Hadrian. in genere explicat) quippe quod & legitimi & substituti quandiu instituti ad sunt, ab hoc beneficio excludantur. l. 1. 2. C. de Edict. D. Hadrian. ibi tantum officij judicis imploratione, possessionem postulandam esse definiunt, ubi res hereditariae (puta vel omnes vel maxima earum pars. arg. l. 50. de jud.) sunt constitutæ: Contra vero si adversarius existat in l. 2. C. de interdict. in foro domicilij & ubi reus habitat, possessionem petendam statuant; qua generalitate speciale forum rei sitæ non excludunt.*

C A P . III.

Quod tractat de rationibus dubitandi
& decidendi.

1. Ex hac tenus proposita declaratione textus, facile est rationes dubitandi & decidendi elicere. Cum enim forum illud, ubi reus habet domicilium, sit commune, quod in qualibet actione est competens. l. 2. C. de iurisdict. omn. jud. l. ult. C. Vbi in rem. Bachov. disput. de act. 1. th. 31. & 1. d. 3. th. 8. lit. G. ubi recte refutat Don. & Sich. ad d. l. 2. idque vel maxime procedat in personalibus. l. 19. de jud. Jam vero omnia interdicta. (& secundum Baldum ad l. ult. de Edict. D. Hadrian. n. 29. Wesebn. comm. Cod. h. n. 2. & de H. P. n. 36 hæc ipsa actio) sint personalia. l. 1. §. 3. de interd. quin textus etiam expressus. l. 2. C. de interdict. præsidem qui ejusdem provinciæ non est, cognoscere posse neget: non immerito mirum cuiusquam videri posset, cur in hac l. un. excluso foro domiciliij. forum rei sitæ, quasi solum & unice hac in causa competens exprimatur.

2. Imo licet contra Baldum & Wesebn. actionem ex Ed. D. Had. realem esse statuamus, quippe ubi actor jure quod in re haber nitatur, & ex nullo facto aut contractu sibi obligatum adversarium, tantum quia possidet, conveniat, quam notam realis actionis esset docet Imperator in §. 1. Inst. de act. ; nihilo tamen minus eadem. dubia præsentem nostrum textum impugnant. Certo enim certius est, regulam d. l. 2. C. de iurisdict. non tantum veram esse de personalibus, quamvis in iis principem sibi locum vindicet; sed & in actionibus realibus procedere; ut patet ex l. ult. C. Vbi in rem. l. ult. C. de prescript. long. temp. ibi de rebus auctem. l. 10. 11. 12. de R. V. c. ult. extr. de for. compet. Bachov. d. d. 1. de act. th. 32. lit. C. C. I. A. de jud. th. 234. Vmm. de process. d. 4. n. 15. ita ut electio sit futurapenes actorem & rem suam vindicantem, velitne reum possessorem convenire ubi habet domicilium vel ubi res est sita, sine distinctione an res ea mobilis sit vel immobilis, modo vocem rei sita accipiamus secundum sensum supra à nobis propositum: actione enim reali, aliquem aggredi in loco rei sitæ de re quam statim velit in alium locum transferre, non magis æquum videtur, quam confessum proferturum in loco contractus velle convenire, contra l. 19. §. 2. de jud.

3. Accedit quod ibi de proprietate agi debeat ubi de possessione actum est. c. 1. de causa pos. & prop. imo quod nulli audience sit præbenda, qui cause continétiam dividit, & ex beneficij prærogativa id quod in uno eodemque iudicio (id est, foro & apud cundem) judicem. arg. l. 13.



l.13. C. de R.V. §. 4. Inst. de interdict. Pac. An. Cod. de jud. n. 19.) poterat terminari; apud diversos judices vult ventilare: adeo ut qui possessionis & proprietatis causam separare auctus fuerit, poena dignus censeatur. l.10. C. de jud. Jam vero certum est, petitorium recte institui in foro domiciliij: Ergo & illud, ut ibi possit institui possessorium.

488A

4. Zangerus p. 2. c. 1. n. 108. & 109. rationem decidendi in eo pone-re videtur, quod interdicta imitantur actiones reales, quas tantum in loco rei sitae intentari posset tradit: c. 3. ult. extra de foro compet. l. 3. C. Vbi in rem addi his potest. l. 3. de jud. Verum cum haec contraria sint his quae in rationibus dubitandi proposuimus; ideo Zangerus ad ea quoque respondet: de quibus una alterae thesi hic disserere ideo forte non ab ordinata methodo erit alienum, quia ad clariorem rationis decidendi a Zangero allatae intellectum & faciliorem refutationem haud parum momenti afferre videuntur. Ad primum ergo argumentum (ubi omnia interdicta personalia esse diximus, per l. 1. §. 3. de interdict.) Resp. Zangerus distinguendo significatum vocis *personalia*; & hoc agere. Ctum contendit, ut ostendat quid differentia Edicta ab interdictis: illa nimis in rem, id est generaliter, proposita omnibus ius fe-
cisse. l. 1. 8. de ll. haec utpote inter duos dicta §. 1. Inst. de interdict. vi & effe-
ctu personas non potuisse egredi l. 63. de re jud. Unde concludit, inter-
dicta personalia dici eo sensu, quo etiam privilegia personalia vocan-
tur. cap. 7. extr. de reg. iur. in 6. l. 1. §. ult. de const. principum. Sed ut ut for-
tè ex mente Ulpiani haec explicatio posset tolerari, minus tamen ea
cum Justinianii temporibus, ex quibus omnia dimetienda sunt, con-
cordant Wesenb. &c. de interdict. n. 7. Mallem itaque cum C. I. A. de interd.
thes. s. fin. interdicta secundum speciem apparentem videri in rem, vi
ipsa & ex natura sua personalia affirmare, addita tamen limitatione
ex th. 50. ejusdem tit. verum sc. hoc tum demum esse, si factum aliquod
vel maleficium persequantur, ut sunt interdicta *Vti possidetis*, de vi &
ri armata. Contra vero quatenus adversus quemvis possessorum ex fun-
damento juris, quod quis in re se habere putat, dentur, haec tenus rea-
lia appellari, iudico cum Bachov. 2. d. 25. th. 1. lit. B. & C.

5. Ad secundum, Zang. nihil quidquam obstat ^{re} huic opini-
oni. l. 2. C. de interdict. ibi enim auctorem ex interdicto adversus exte-
rum experientem, vel ideo forum competens contendisse, quod tan-
tum de possessione ex interdicto agatur: & respondere Imp. non li-
cere ex hac sola causa in alieno foro adversus peregrinum contendere,
no tamen hinc sequi, non licere ex causa alia apud peregrinum ju-
dicem experiri, puta ex causa violentiae illatae l. un. C. Vbi de poss. rei sitae

B. 3.

b. l. un.



b.l.un. Quæ explicatio nō improbanda videtur esse & cum Cujaciana conciliari potest, quæ d.l. 2. cum hac l.un. conjungit: Verum enim & hoc est, si de hereditate apud præsidé provincie litigatur, eum cognoscere qui fugientis præses est, & id procedere non tantū in causa proprietatis, sed & possessionis seu interdictorum per b.l. 2. sicut autem in proprietatis causa præses cōventi censetur & ubi res est, & ubi reus domicilium habet, ita etiā in possessionis controvēlia si sc. interdicto. Quor. bon. aut ex Edicto D. Hadr. reus conveniatur; nam si contradictor nullus accedat, forum rei sita simplex est & unicum. Nec movere quem debent argumenta Zangeri, qui diversissima nunquam recte conjungi obiicit: Etenim ratione subjecti l. 2. cum hac l.un. cum priori nostræ legis parte; ratione prædicati cum posteriore bene concordare dixeris. Multo minus obstat l.un. C. Vbi de poss. Verum enim, quod turbator alienæ possessionis congruum jūdicem sortiatur, ibi ubi vim id est crimen commisit, per d.l.un. de criminis falsum vero quod in foro domicilij turbator conveniri nequeat, cum mentio illius fori fiat implice, quando ibi interdictum uti possidetis intentari posse statuitur, ubi momentanea possessio petitur: interdictum enim unde vi cum personale sit, (per ea quæ dixi thes. sup. prox.) certe citra omne dubium in domicilio defuncti intentari potest.

206. Ad tertium, ubi regulam l. 2. C. de juri dicitur, etiam locum habere ostendimus in jūdiciis realibus Zang. p. 2. cap. 1. n. 118. & Don. 17. eamēt. 17. cuius sententiam laudat Rittershusius ad Novell. p. 9. cap. 10. num. 22. Resp. negando actionem realem ibi exerceri ubi reus domicilium habet, per textus alleg. th. 4. deinde per rationē dubitandi quartam. 3. quia haud facile judicium hocalibi exerceri possit (cum actio ad exhibendum sacer anteia instituenda in re mobilis in immobili sepe in rem præsentem veniendum, sepe testes, sepe vicini citandi sint) nec finitum alias jūdex facile valeat tueri: quippe qui immittere in possessionem vi et ore, aut missum contra vim defendere nequeat. Denique quia nihil obstant textus oppositi. Legem enim ult. C. Vbi in rem quod attinet Resp. Zangerus d. loc. num. 119. Auctorem sequi forum rei; jam vero locum rei sita, in actione reali, esse tantum forū rei conventi per verba fin. d. l. ult. Cui explicationi quoniam tam Zangerus quam Donellus graviter vident resistere verba ampliativa sed et: ideo illa explicative accipienda docet Zangerus, pro id est. arg. l. 26. Ex quibus causis maj. l. 28. ff. de jud. Donellus vero hæc vocabula ad verbum juberet: ut implient non plura loca, sed plura iussa. Et hæc ad difficultatem

4897

num d.t. ult. text. regerūt. Ceterum l. 10. tū. Dicitur quod si res sit in
obstare, dicit Donellus, quia tripliciter. (1) Si id nat voluntate re
alibi res sita sit; (2) Si id nat voluntate re
fidei res sita sit; (3) Si dolo malo possessor rem litigio-

7. Enimvero hactenus adducta fundamenta nondum efficiunt,
ut Zangeri rationem decidendi probare ex aſte quam. Etenim cap. 3.
¶ ult. præterquam quod non excludant forum domicilij, ut adeo
unius inclusio non sit alterius exclusio vid. Innocent ad cap. dilectus ex-
tra de rescriptis responderi etiam potest ad cap. 3. ¶ ult. loqui ea de Epis-
copis qui nullib[us] proprie possumt dici habere domicilium, cum pro-
pria domicilij definitio iisdem non competit. Difficilior videtur l. 38.
de jud. objectio, in qua verbum debet, per necesse est, Don explicat. Resp.
C. I. A. de aur. & arg. leg. thes. 3. vocem debet eo in loco idem significare
quod potest, sicut sumitur in l. 2. § 31. Ne quid in loco publico l. 4. §. ult. de
off. procons. Verum cum haec responsio curioso animo parum sit. satis-
factura; addi etiā illud poterit, speciale forte esse in re legata, quod sa-
tis sit, si h[ab]et[ur] a quo illa obligatio non coepit, in loco ubi res est, offerat
solutionem. Bach. 1. d. 3. th. 8. lit. G. Et hactenus dell. ab adversaria parte
objectis.

8. Sequeretur jam ordine argumentum secundum, ubi posses-
sio petenda; ibi de proprietate agendum, atque ibi tantum ubi res est
possessio petenda. E. Verum cum de hac ipsa te aliquid post ratio-
nem decidendi a nobis proponendam, dicendum veniat, isti loco id
dubium reservabimus, ne quid sumile aut bis repetitum deprehenda-
tur, contra l. 1. §. 9. l. 2. §. 10. de V. I. E. potius est ut ad tertium respondean-
mus, ubi Donellus obiicit, nec cōmodo exerceri, nec finitum judicem
facile tueri nisi in loco rei sita. Resp. utile huic difficultati remedium
paratum p[er] literas mutui compassus & executoriales. l. 15. §. 1. de rejud.
l. pen. de jurid. quod de testibus in specie probat l. 16. C. de testibus N. 90.
cap. 5. (2) non requiri semper in executione, ut victori restituatur pos-
sessio, sed ut juramentum in item deferatur, & præstetur interesse.
Bach. disp. 1. de atl. th. 32. lit. C.

9. Nec denique vim textuum supra propositorum enervant
responsiones à Zangero & Donello allatae; quam durum enim sit ver-
ba ista ampliative s e d e t explicative intelligere nemo sane est qui
non videat: præsertim cum & in l. 26. Ex quib[us] cauf. maj. & l. 28. de jud. à
Zang citatu hæc verba ampliative ponantur: Donelli vero enucleatio
nihil aliud efficiat, quam ut clarum textum obscuriore reddat. Po-
sito enim particulas, SED ET, nō ad proxima verba in locu, verū ad re-
motius.

motius & longe dissitum vocabulum *jubemus* referendas: ut sic plura
contineant iusta, non loca: cum tamen non solum in fin. sed & in pr.
legis de foro competenti judicii realis agatur, certe aut idem in principio & fine forum proponi dicemus, atque sic Imperatorem inutilem repetitionis in una cōstitutione insimulabimus, quam in toto juris systemate gratis ferre noluit. d.l.1. § 9. l.2. § 10. C. de V. I. E. nec plura sed unicū & simplex iustum erit, cōtra ipsius Donelli confessionem: aut certe de diversis eos loqui statuendum est, quo concessio in pr. non nisi forum domiciliū intelligere poterimus. Sane quæ ad l. 10. 11. 12. de R. V. Don. reponit, mera sunt præsupposita: accipiendo dicto & textus de casu ubi vel sponte reus alieno se sicit judicio l. 1. de jud. quod tamen ut factum temere non præsupponendum, sed probandum est, præsertim cū reus, cuius est fugere, in alieno foro stare velle haud debeat præsumi: vel secundo de casu quo possessor dolo defit possidere: cui conjectura clarissime repugnat ipsa l. 10. ibi si b. f. possessor sit is. vel denique quando post item contestatam rem in aliun locum transitum: quem casum per particulam oppositivam si verò Jctus demum in l. 12. proponit. Quare firmiter concludo non ideo ibi, ubi res est possessionem postulandam ab Imp. decidi, quia iudicia possessoria imitantur realia; cum vindicationes duplex forum & domiciliū & rei sitæ sortiantur: nec ex generali possessionis natura decidendi rationem esse pertendam; in quibus cum ceteris foris specialibus, semper etiam locus ubi reus habitat, conjungendus est, per l. 2. C. de interd.

10. Restat ergo ut cum *Wesenb.* in comment. Cod. h. num. 2. π. Ch. Vult. ad h. l. n. 17. in verbo postulandum est rationem decidendi quæramus. Cum enim postulare proprietati nihil aliud significet quam officium judicis implorare. addes sup. cap. 1. thef. 8. nec possesso ex Edicto D. Hadriani per implorationem officij judicis impetretur, nisi ubi ea vacua & ab omni possessore libera existit, merito statutum, ut ibi possesso hoc in casu peti debeat ubi res est: quippe cum cognitio ut Dd. loquuntur sit summarissima, & totus processus executionis propior, in quibus causis tantum jurisdictio ejus spectatur cuius loci cura ad iubentem pertinet l. 2 § 1. dereb. aut. jud. *Wesenb.* comment. Cod. h. Bald. h. Menoch. de adip. pos. remed. 4. num. 402. Nec sane aliter definire Imp. hanc controvrsiam poterant: cum nec ratione persone litigantis, quæ in hoc casu non adest, forum fiat congruum; nec ratione rei fieri in alio loco possit, quam ubi ea est sita; ne judex unius territorij super rebus alterius pronunciet, & sic multo labore nil aliud efficiat, quam ut ei impune non pareatur. l. ult. de juridict. Secus vero est si strenuas contra-



contra dictor missione sese opponat; tum enim judex, cui subest
reus, recte pronunciat, & executionem remittit ad judicem loci in
quo res sita. Hartm. Hartman. lib. 2. tit. 1. Obs. 7. num. 5. non tantum quia
de possessorio transitur ad petitorium: ut scribit Castrensis b. sed quia
regula l. 2. C. de juridicitate omnibus omnino actionibus, & ideo etiam in-
terdictis. l. 37. de O. & A. communis est.

11. Huic ratione decidendi non obstant, quæ supra in rationi-
bus dubitandi opposita sunt: nec enim nobis sermo de interdictis, de
quibus accipi possunt quæ in thesi. & 2. proposuimus.

Illud adhuc explicandum, quatenus ibi de petitorio agi oporteat, ubi
possessorum est institutum. Quia n. ibi de proprietate agendæ dicitur,
ubi de possessione contenditur c. 2. de causa pos. & prop. l. 10. C. de jud. jam
vero utrobique, hoc est, & in foro domicilij & rei sitæ institui potest
petitorum b. l. un. E. & ibi instituendum possessorum videbatur.

12. C. I. A. De quibus rebus. thes. 16. citat Cuiac. 2. O. 35. quasi doceat,
causam possessionis & proprietatis posse quidem ab eodem judice de-
finiri; id tamen non esse necessitatis. Verum huic responsioni ma-
nifeste repugnant dd. ll. nec Cuiac. aliud dicere videtur, quam ut penes
judicem esse doceat, an velit simul examinare causam possessionis
& proprietatis, an prius de possessorio pronunciate, postea demum ad
petitorium progressurus. Itaque sic potius statuerem: cum dd. locis
& cognitionis & judicij mentio fiat, eos textus extra propositum, ad
presente nostrum casum non esse producendos, ubi vix illus cogni-
tioni locus, nec pleno judicij, (quod necessario & actorem & reum
requirit. l. 13. 62. de jud. § 4. 1. de Interd. l. 1. § 3. Vti posid.) processu conten-
ditur. Adhibe etiam quæ notata sunt in praelect. publ. ad d. th. 16.

C A P. IV.

Explicans controversias quæ circa hanc partem primam moveri solent.

1. Textu hunc in modum declarato, facile licet colligere, fru-
stra Zang. p. 2. 6. 1. n. 108. & Don. 17. comm. 17. ex hac l. juncta l. un. C. Vbi de
possessione generali colligere regulam, ibi nimis de possessione agen-
dum ubi res constituta est. Præterquam enim quod d. l. un. tantum de vi-
turbativa & sic de una possessionis specie loquitur, inluper & in foro
domicilij agere permittit: hic quoque textus de adipiscenda possesso-

C

ne in



ne in genere haud commode explicabitur: nisi in rubrica verbum scripti superfluum, in texto vocabulum postulandum improprium, denique textum. l.2.C.de interdit. cum nostro texto pugnare, fateri velimus; ut adeo hanc l.un. ad explicationem generalis regulæ referre tu-tius consultiusque fuerit.

2. Quare omissio generali canone, quem ex speciali textu, eoq; speciali ratione prædicto, colligere ferme absurdū duco; adipſas, quæ ex hac priori parte nascuntur, controversias me accingo: prima au-tem hæc esse potest. Ubi de possessione sit agendum. Quæ quæſtio amplior quidem est, fatorē, quam ut ex verbis hijs tunc & pos-ſit decidi; Veruntamen ut eam hic discussiōnem suscipere, sequen-tes me moverunt rationes (1) quod Zang. Don. Vult. & alii vulgo hanc. controversialm hic definiunt. (2) quia multum lucis hæc enodatio explicationi nostræ allatura sit (denique) quia ex hac l.un. juncta l.2.C.de interdit. (sicut jungendam supra dixi) ad totam hanc contro-versiam plene responderi poterit. *Vult. ad h.l. num. 17.*

3. Distinguuo itaque, An possello quæ petitur sit vacua, an ve-ro jam aliquis in possessione sit constitutus: si vacua, implorabitur of-ficium judicis ibi, ubi res est: de quo casū h.l.un. accipiendam recte monet *Vult. d. num. 17. Wiesnb. comment. Cod. h. num. 2.* Sim minus, tunc locum esse regulæ. l.2.C.de interd. ajo: Quod præses provinciæ in eum, qui eiusdem provinciæ non est, non possit cognoscere. Proponit enim hæc lex generale forum omnium interdictorum; non ut excludat for-a propria, sicut nec l.2.C.de jurisdic̄t. l.ult. C.vbi in rem, sed ut excludat for-a peregrina. Provinciæ n. alicuius, vel aliquo in loco subditus varie dicitur: Népe vel simpliciter ubi quis domicilium habet, qui propriè subditus est. *Felin. in cap. licetratione delitti. ult. num. 23. de for. compet.* vel secundum quid, quatenus alicubi forum fundati potest, ut est, locus rei sitz t.t. *Cod. Vbi in rem.* 2. ubi contractum est l.19. §.1. dejad. 3. ubi delictum aut inchoatum aut commissum l.un.C. *Vbi de crim. adde d.c. fin. extr. de for. compet.* Nec hoc minus procedit in possessorio quam petitorio. Quocunq; n. interdicto quis experit velit semper compe-tēs forū erit ubi reus habitat d.l.2.C.de interd. quod si se fundet auctor in-jure quod in re habet, præter locum domicilij poterit agere ibi ubi res est l.ult. C.vbi in rem. si in factō illicito adversarij, & ubi reus civis est, Scubi delictum commissum vel inchoatum, recte quis experietur. *arg. l.un. C.Vbi de crim. l.un.C. Vbi de poss. B.2. d.25. theſ, t. lit. A. & C.I.A. de in-terdit. th. 50.*

4. V. 2

4. Varie ab hac explicatione discidunt interpretes (1) Zang.
& Donellus, qui omne possessorum tantum in loco, ubi res est recte
intentari statuant; quam opinionem rejecimus *supr. c.3. thes. 4. & seqq.*
Cujacius s. O. 17. prorsus contrarium docere videtur, dum omnia in
terdicta revera personalia, quædam in rem scripta statuit, per l. 1. §. 3. de
interdict. quo posito sequeretur, nunquam in loco ubi res est, interdi-
cta competere: cum hoc forum speciale sit actionibus realibus &
mixtis, ut probat *t.t. C. Vbi in rem. b.l. un. C. I. A. de jud. thes. 234.* In rem
enim scriptæ actiones, licet à quibusdam mixtis, annumerentur; per-
peram tamen id fieri non obscurè liquet ex §. 20. *Inst. de act. ubi & defini-*
tio mixtum actionum & exempla habentur. Adeoque si accur-
tius paullo re-examinabimus, vix erit ut ad personales actiones omnia
interdicta referamus; quippe cum dentur quæ non ex obligatione
aliqua nascentur, sed in iure reali & possessione adversarij fundan-
tur, qualia judicia personalia dicere prohibet §. 1. *Inst. de act.* Sic, exem-
pli causa, interdictum Quorum bonorum datur bonorum possessori.
l. 1. 2. 3. C. Quor. bon. utiliter heredi d.l. 1. & sic domino contra quemvis
qui hereditatem pro herede vel possessore possidet. *l. 1. ff. d.t. §. 3. Inst. de*
interdict. Nec obstat *l. 1. §. 3. ff. eod.* licet enim adiecta ibi universalita-
tis nota *omnia deprehendatur:* non tamen inde probatur regulam ver-
am esse sine restrictione & limitatione: cum certissimi juris sit voca-
bulum *omne*, in nostro jure non semper excludere, non *omne*, & *nullum*
non semper excludere non *nullum*: sic, exempli causa, legata &
fideicomissa per omnia exæquata dicuntur in *l. 1. de leg. 1.* adeo ut nul-
la sit inter ea differentia §. 3. *Inst. de legatu.* Verum tamen id demum
ratione effectus, ita ut quod verbis legati relictum est, si non valeat ut
legatum, possit valere ut fideicommissum D.D. *Loc. ad d. §. 3. lit. B.* quin
& ratione effectus aliqua adhuc superest differentia in *l. 9. ff. ad L. Fal-*
cid. Wesen. in t. ibid. num. 5. dis. C. I. A. d. t. thes. 16. num. 1. Simile exem-
plum occurrit in §. 5. *Inst. de hered. qual. & differentia:* ubi minoribus in
omnibus causis deceptis succurri dicitur; & tamen exceptio habetur
in *l. 1. C. si adversus vend.* quæ constitutio latius postea producta est à
Friderico in seq. *auct. sacramenta puberum.*

5. *Vulteius ad hanc l. num. 17. & 18.* distinguit inter ius civile; &
hodiernam fortis consuetudinem. De jure civili Cujacij sententiam
probare videatur: quippe qui & in restituendæ, & retinendæ, nec non
adipiscendæ possessionis interdicta factum adversarij venire conten-
dat. In illa quidem factum vel violentæ dejectionis, vel importu-
næ turbationis; in hac, factum iniquæ detentationis. *De consuetu-*

C a dine



dine vero hodierna securus esse ipse fatetur num. 18. secundum quam possessoria tam ordinaria statuit quam petitoria; unde sequi, ut ea & ibi ubi res est, & ubi conventus domicilium habuit, intentari queant. Verum haec instantia parum me movet, certe non efficit ut priorē opinionem deferam; si enim factū detentionis tam efficax est, ut inde obligatio & personalis oriatur actio, vix illa in jure amplius realia, sed mere personalia habebimus judicia: quippe cum omnis realis actio detur adversus possessorēm, vel quasi possessorēm, vel detentatorem. l. 7. 9. 35. §. 1. 2. l. 36. de R. V. l. ult. C. cod. l. 2. C. Vbi in rem. Non ergo est necesse, ut ad correctionem quandam juris defugiamus, præsertim cum tam ordinaria olim Justiniani temporibus, quam nunc de possessoribus fuerint actiones: illud maxime admiror qua ratione in hanc sententiam reciderit Vult. cum tamen ad l. un. Vbi de pos. n. 41. & seqq. forum proprium (etiam ad textus civiles Donello respondens,) de possessione locum rei sitae confirmet: quod verissimum, modo ibi Vul- teius accipiatur secundum distinctiones thes. 3. propositas: Eoq; sensu explicari & defendi potest Azo citatus & refutatus à Vult. b. n. 16.

6. Nascitur ex hac controversia nova difficultas: dictum est possessionem etiam ibi peti, ubi res sita est: queritur e. An hoc tantum procedat in rebus immobilibus, an etiam in mobilibus? Non solum autem haec dubitatio subsistit in possessoriis, sed vel maxime in principali- bus iudiciis, ubi de proprietate contenditur, locum sibi vindicat. Hugolinus id tantum ad res immobiles restrinxit; res mobiles ibi peti voluit, ubi reus domicilium habet. per l. 16. de Off. presid. l. 7. §. ult. Qui satisfare. Addi præterea & illud potest, quod resibelle censeantur, ubi paterfamilias vult l. 35. §. 3. de H. inst. velle autem patrem fam. in domicilio præsumi, ubi principem bonorum locum cum affectione perpetuo ibi manendi delegit l. 7. C. de incol. ut adeo sequatur res mobiles domicilium sequi, tanquam accessorium principale, imo velut catenam ossibus inhaerere. Carpov. p. 3. const. 12 desin. 14. Ab hac opinione non multum discedunt illi, qui in loco ubi res est, item contestandam & satisdandum, per l. 16 de Off. presid. in loco domicilij controversiam trastantam, præcipue si actio tempore sit peritura, arbitrantur.

7. Contra Azo in summ. Cod. de juridict. omn. judic. fin. vindica- tionis rerum tam mobilium quam immobilium competens forum ex re sita nasci statuit, per textum expressum l. 38. §. fin. de jud. & genera- lem l. ultim. C. Vbi in rem quam opinionem Vulteius ad l. 1. C. Vbi in rem. num. potissimum 19. Gilhausen. cap. 1. p. 2. §. 4. num. 4. Sichard. ad l. ult. §. 3. C. d. t. Obrecht. de juridict. lib. 3. cap. 13. num. 7. & 8. approbant, & ita declarant;

47

clarant; ut, etiam si quis per locum peregrinum alieno transvehatur equo, possit a domino rei vindicatione, ibi ubi equus deprehenditur, conveniri, 1. per textum generalitatem l. fin. C. Vbi in rem. auth. qua in provincia. C. Vbi de criminibus. textu vero non distingueente nec nostrum sit distinguere l. 8. de publ. in rem acti. 2. per rationem juris, quia in actione reali non tam personam quam rem ipsam controversam spectemus, adeo ut, si vera fateri velimus, maxime proprium forum sit ubi res sita. 3. quia nihil obstante textus ab Hugolino citati: spectare enim eos Vultei merita causa dicit, nec pertinet ad informandum processum. Addit Gilhausen. d. loc. ex Socin. ad c. Sane se Episcopi n. 4. vers. secunda declaratio de for compet. Si reus non possideat immobilia & suspectus sit, teneri eum satis dare judicio sisti & de te exhibenda, quod si vero suspectus sit tantum teneri satis dare de te exhibenda.

8. Probabilior appetit sententia distinguentium, an res mobilis delata sit in locum aliquem cum animo ibi relinquendi, an vero ut ibi tantum custodiatur, & res mox sit transitura: illo casu Azonis sententiam, hoc Hugolinicense probandam, per l. 32. de pignor. & ea quæ supr. thes. 10. 11. cap. 1. disputavi. Nec resistunt argumenta Azonis & Vulteij, sed magis iis confirmatur nostra sententia: nam quod in d. l. 32. §. fin. de jud. l. fin. C. Vbi in rem. res ibi petenda, ubi est. definitur, generaliter accipendum esse facile largior: ceterum rem alibi esse, quam ubi eam manere paterfamilias vult: nego, per ea qua notavi sup. dd. 99. nisi verba res esse, & constitutas esse, in impropto sensu accipere velimus, quod tamen sine ratione temere faciendum non est: & ideo parum contra hanc sententiam militat ratio Vulteij, quod in his judiciis magis res quam persona spectetur: cum nec ratione rei ipsius alibi competens forum fieri possit; quam ubi proprie sita esse dicitur: authentica vero, Qua in provincia. C. Vbi de crim. nihil hic pertineat: quippe que non loquatur de re afferenda judicio reali, sed de crimine commissio vindicando. Et facit pro nostra opinione maxime & illa ratio: durissimum esse, quotquot locis quis navigans veliter faciens delatus fuerit, tot locis eum se defendere l. 19. §. 2. de jud. quod tamen ex probata Vult. & Gilb. sententia sequeretur, qui etiam de eo equo posse fore in loco tali conveniri posse statuant, per quem transvehitur.

9. Plura hanc in parte querere licet. An nimis hic possessio vacua tantum sit intelligenda: item, An textus nostri tantum de missione ex Edicto D. Hadriani loquatur. Verum cum de his & similibus questionibus jam in ipsa tractatione hinc inde actum sit, hic merito subsisto, & omisso possessorio ad petitiorum accedo, simili methodo & ratione ea qua notatu dignissima putavero, brevi analysi explicaturus.

C;

C A P.



De foro competenti hereditatis petitio-
nis : eius cap.i.continens enoda-
tionem verborum.

1. Hactenus ductum Imperatorum & filium legis securus, pri-
mo Ubi possesso hereditatis sit petenda, explicavi: jam ordo postular
ut ad actionem secundam l. ult. C. Quor. bon. proprietatis sc. seu petitio-
rium judicium progrederat, & ubi controversia hereditatis sit terminan-
da, pleniori paulo stylo exponam. De hac autem materia ita Im-
peratores loquuntur. *Vbi autem domicilium habet qui convenitur, vel si
ibi, ubi res hereditaria sit&sunt, degit, hereditatis erit controversia terminan-
da.* Hac non minus quam prioris partis propositio est conversa, &
præterea particula illuc ex legis hujus principio est repetenda: ut tota
propositio ita sonet: *Ilic hereditatis erit controversia terminanda, ubi do-
mesticum habet qui convenitur, vel ubi res hereditaria sit&sunt, si ibi degit.*
Quæ pars commodissime iterum dividitur in *nomen logicum & verbum*
seu *predicatum.* Nomen absolvitur his verbis: *illic hereditatis erit contro-
versia terminanda.* Nullū additur subjectū tam in rubrica quam textu,
uti quidem in priori parte factum: nec vocem *heredes* hoc trahere ipsa
construcción grammatica, & sequens verbum *erit terminanda* permit-
tunt: ut sc̄ ostenderet accuratissimus in hisce Gallienius (testē Ireb. Poll.
in eius vita c. 11. 12.) aliud in hac constitutione membrī prioris, aliud
posterioris subjectū constituendum. Partem priorem tantum ve-
ram de herede scripto, ut satis supra ostensum; posteriore sine sub-
jecto propositam, de omni eo intelligendam, quicunq; controversiam
hereditatis moturus est.

2. Deinde non sine singulari emphasi oppositionis cuiusdam
posita videtur phrasis, *controversia hereditatis terminanda:* quam ele-
ganter rubrica per verbum *agatur* declarat, ut sc̄ ex ipsis formulis pa-
teat: nunc demum de actione quæ & actorem & reum habet l. 13. 14.
dejud. nunc de controverso judicio cui contradictor accedit l. ult. de
Ediſ. D. Hadr. sermonem institui: in superioribus tantum de missione
simplici in possessionem vacuam tractatum. Secundo & ipsa phra-
ses generalitas observationem mereri videtur. Nec enim vox here-
ditatis hic stricte accipienda, sicut in pr. Ins. de b. p. l. 2. ff. eod. Verum la-
te, ut non modo hereditatem propriæ sic dictam, sed & bonorum pos-

fessio-

210

4
403

ſectionem continueat, prout hæc vox accipitur in l. 19. §. 2. de condit. & demonſt. l. 178. §. 1. de V.S. juncta l. 13. pr. §. 1. 2. de b. p. t. t. de poſſeſſoria hered. per. Nec modo perſecutionem ordinariam, verum etiam extraordi- nariam comprehendat, qualem executionem fortiuntur fidei commiſſa d.l. 178. §. 2. de V.S. ut adeo in rubrica verbum agere latius sit intelligendum, ne excludat perſecutiones l. 34. de V.S. Denique vox terminanda non reſtrictive accipienda, quaſi hic tantum de termino litis ſeu ipſa executione Imperatoribus ſermo eſſet: verum ampliative, ut vel potiſſimum intelligatur ipſa principalis actio, quippe cum execu- tionis iudex iſ maximē ſit competens ubi res ſit, non ubi reus domi- ciliū habet, per ſapere alleg. l. 12. §. 1. de reb. auct. iud. & Gothofr. ad l. 2. verbum habet. eod.

3. Ulterius immorari ſubjecto hujus propositionis haud li- ber; prædicatum continent duo membra: quorum prius competens forum, ubi traſſari poſſit controverſia hereditatis ponit, *domicilium rei conuenti*, alterum *locum rei ſita*. Merito priori loco poniſtur forum domiciliū: quippe quod & generalius eſt l. 2. C. de iurisdict. omn. iud. & efficacius Zang. p. 2. c. 1. num. 101. in fin. & 102. in pr. Vocabulary autem domiciliū latius à Dd. vulgo uſurpari videtur, quam juris civilis ratio permittat. Licet n. origo ſeu civitas & domicilium in Justineanea le- gislatione ſapientiſime ſibi invicē oponantur l. 6. §. 1. 3. l. 22. 27. ad mun. L. 3. C. de mun. & Orig. 10. 38. definitio item domiciliū non quadret origi- ni: tum effectu etiam diſtinguantur l. 7. C. de incol. quos domicilium incolas, origo cives creet: nec denique vox domiciliū in largiore ſigni- ficatu frequentata in jure noſtro reperiatur; Dd. tamen communiter, & cum iis Gail. 2. O. 36. n. 2. 3. domicilium diuidunt in *commune* & *pro- prium ſeu privatum*. Commune civitatem Romam dicunt, quæ com- munis omniū patria eſt: l. 33. Ad municip. cui addi potest l. 17. de ſtat. hom. Et hoc generale, vel commune, utita dicā, domicilium eius eſt effica- cie, ut quicunque civis non privilegiatus Romæ deprehendatur, ibi poſſit conveniri. arg. l. 2. §. 5. de jud. Quod Gail. d. O. 36. num. 11. etiam ad locum originis trahit: licet quis alibi habitet. Verum quām re- Etē, monitum eſt ab Excellenſiſimo Dn. preſide pat. & praecept. ſancte vene- rando, in quæſionibus diſcatis. ad C. I. A. de jud. th. 207.

4. Hodie patriæ huic generali & urbi Roma recte compara- tur ſummū Imp. tribunal, Das Kaiserlche Hoffgericht: ut & Camé- rræ imperialis iudicium. Quilibet enim civis Romanus competens ibi forum fortit, prioris quidem instantia Status imperio immediate ſubjecti Ord. Cam. p. 2. iiii. l. 21. 22. qui non habent ius vel privilegium

Austra-



Australagatum de quibus vid. Ord. Cam. p. 2.t. 2. & seqq. C.I. A. de interdict. thes. 21. Secundæ verò leuæ appellationis etiam mediate subjecti, non item prima Ord. Cam. p. 2. tit. 1. nisi ratione rei legitimum forum fiat. puta si apud inferiorum judicem justitia denegetur d.t. 1. §. Es soll auch däm nach ibi. Es werden nach D. A. de anno 1566. §. Nach dem dem non Parremen. 15. 20. quæ continentalia id exigit Ord. Cam. p. 2. tit. 21. §. Ne auch si sibi nimirum in nostro casu res hereditaria pluribus in locis sita sint. Vult alba num. ult. adde C.I. A. de Quib. caus. ad eund. jud. eatur. th. 14. & interdict. th. 20. ubi plures refert exceptions.

5. Porro privatū domiciliū subdividunt Dd. in naturale & accidentale. Naturale seu originis dicunt; quod ex ipsa natura naturaliter venit, & tam ex propria quam parentis persona acquiritur. per l. 7. C. de incol. 10. 39. juncta l. 6. pr. §. 1. Ad municip. idque immutabile est d. l. 6. sicut omnia jura naturalia jura sanguinis. 3. de R. I. §. sed naturalia Inst. de I.N.G. & civil. Duplicem ergo de jure civili quis patrem sortiri potest, primo ex persona propria, ubi ipse est oriundus: deinde ex persona parentis, unde is originem traxit. Hinc est quod Carolus V. tam à Moguntino quam Saxone apud Sleidan. 1. comment. ut Germanus, licet extra Germaniam natus laudatus; & Fredericus quamvis ex Sicilia oriundus ad imperatoriam majestatem elatus fuerit. Obrecht. de juri. lib. 3. cap. 11. num. 7. Nec hoc jus civitatis omni effectu destituitur; sed potissimum locum obtinet in honoribus & oneribus civilibus l. 29. & 29. Ad municip. C.I. A. de jud. th. 206. non tamen hodie ita efficax habetur, ut etiam quis rite ibi conveniri queat Gail. d.O. num. 6. adde thes. 3. fin. quo sensu accipimus, quod domicilium originis hodie non amplius attendit pragmatice absolute scribunt. vid. Carpzov. part. 3. crim. quest. 110. num. 10.

6. Accidentale non præter rē voluntariū etiam appellaveris. arg. 1. 6. C. de incol. ibi, originis ratione ac domiciliū voluntate l. 31. Ad municip. ibi ubi velit. nec obstat l. 22. §. 3. Ad municipalem: vocem enim domiciliū latius ibi & in improoria significatione sumi existimo pro domo vel habitatione, cum propria definitio & causa formalis, destinatio nempe perpetuo ibi manendi, casui l. 22. §. 3. Ad municip. minus recte applicentur: nec resistit l. 6. §. ult. l. 22. d. t. recte enim gl. ad d. l. 6. §. ult. subaudiendam vocem, interim, monet: dum sc. ipsi liberti mutaverint domicilium. per l. 27. Ad municip. sicut & filius fam. tamdiu domicilium in loco originis habere videtur, quandiu non mutaverit voluntatem Cujac. ad l. 3. C. de municip. & orig. multo minus l. ult. §. 3. l. 22. §. 1. Ad municip. cum mulier eo ipso quod maritum elegit, etiam domicilium se-

qui

qui
defini
Etum
velit
tas su
tut. s
sibi d
l. 7. C.
Nec e
17. 65.
requir
postea
an do
potest
ubilar
rursus
maxim
Ad mun
larem,
maxim
discede
in l. 27.
7.
num. 2.
eodem la
Etum co
latem q
rum ac
& liber
bat, qui
litatibus
excludit
subest ra
dam ex
gice & f
ut judex
p. 2.6. i. n.
paterfan
cum qua



qui voluisse videatur. Hoc domicilium accidentale generalius ita
definiri solet: ut sit id, quod quisque sibi esse voluit, modo interdi-
ctum non sit l.31. Ad municip. aut tertij nihil intersit; veluti si tutor
velit mutare domicilium, quo in casu non nuda transferentis volun-
tas sufficit, sed singularis concessio Imper. requiritur l.12. §.1. de excus-
tut. specialius autem ibi domiciliis quem habere dicunt, ubi quisq; sedem
sibi delegit cum destinatione perpetuo ibi manendi, nisi quid avocet.
l.7.C.de incol. & hoc est quod in l.2. C. Vbi Senat. dicitur larem fovere.
Nec enim sola in aliena civitate domus possellio domicilium facit l.
17. §.5. 13. ad municip. l.4. C.de incol. 10. 39. sed omnino animus permanendi
requiritur: qui si declaretur expresse, antequam ad munera vocetur,
postea re & facto l.20. ad municip. res extra controversia: quod si dubium
an domicilium sit translatum, ex variis id presumtionibus probari
potest. Et primo ibi quem domicilium constituisse non ambigitur,
ubilarem & rerum ac fortunarum suarum summam constituit, unde
rurus non sit discessurus l.7.C.de incol. quin etiam non requiritur, ut
maximam bonorum partem ibi habeat, sed sufficit æqualis l.27. §.2.
Ad municip. imo in l.2. C.Vbi Senat. casus ponitur, in quo Senator alibi
larem, id est, domicilium (interpret gl. ibid. & Pat. An. C.d. t.) fixit, alibi
maximam bonorum partem constituit: Satis enim est, si animus non
descendit ex aliis circumstantiis probari potest; quales proponuntur
in l.27. §.1. ad municip. l.2. C.de incol. v. Cujac. in Paulo l.20. Ad municipal.
7. Errare ergo videtur Romanus conf. 264. n.1. & seqq. conf. 197.
num. 2. (quem sequi puto Cui, ad sepe citatam l.7.C.de incol. ubi pro
eodem legendum suspicatur eo demum) dum, ut domicilium contra-
etum censeatur, tria coniunctim requiri existimat. (1) ut eo in loco
larem quis foveat, (deinde) ut summam (id est, majorem partem) re-
rum ac fortunarum suarum ibi constituat, (denique) ut cum familia
& liberis ibi degat per d.l.7.C.de incol. Nec enim citatus id textus pro-
bat, qui nihil aliud dicit, quam non esse ambigendum, quin his qua-
litatibus concurrentibus domicilium constitutatur, non tamen statim
excludit à contrario sensu alia domicilia, in quibus major dubitandi
subest ratio: velut in l.27. §.2. Ad municip. l.2. C.Vbi Senat. Sane quod qui-
dam ex patrimonio domicilium quæ sortiti putant, id tantum analo-
gice & secundum quid verū existimo, quatenus nonnunquam facit,
ut judex competens fiat l.19. §.2. de jud. d.l. 2. l.1. C. Vbi pet. tut. Zangerus
p. 2.6.1.n. 11. etiam ita recte limitat, ut hoc tum demum verum sit, si ibi
paterfamil. se instruxit l.6. §.2. Ad municip. puta mancipiis tam ad cul-
tum quam ad necessitatem paratis, quoniam quod quis per alium

D

posse



possidet, perinde est ac si ipse teneret l. i. §. ut a. vel A. pos. quod etiam procedit si homo liber sit in possessione. l. i. C. per quas pers. l. i. §. 20. 21. de A. vel A. pos. fac l. 27. §. ult. Ad municip.

8. Explicatæ vocis domiciliij, (quod est ubi quis animo perseverandi sedem fixit: vid. Gilbaus in arb. jud. c. 1. p. 2. §. 2. num. 2.) succedunt verba habet, qui convenitur. Verbu, habet, in praesenti ideo positum, ut excludat domicilium, quod ante suscepitam item habuit, & quod post suscepitam item reus habiturus est. Ratio prioris membra, quia laris sedisque mutatio omnia jura pristini domicilij tollit. arg. l. 20. Ad municip. Nec obstat l. 2. C. de jurid. omn. jud. in qua reus ibi convenientius dicitur, ubi domicilium tempore contractus habuit. Id enim in iis auctoribus demum procedit, qui cum reo aut vere aut quasi contrarerunt, non vero in aliis: jam vero adiens hereditatem tantum cum legatariis quasi contraxit §. 5. Inst. de O. qua quasi ex contradu. Unde manifesto sequitur d. l. 2. non pertinere ad casum nostræ l. un. in qua auctor non tam in contractu vel quasi contractu, aut etiam obligatione personali, quam jure reali se fundat l. 25. §. 18. de H. P. Deinde excludit domicilium futurum, quod reus post ortam item habiturus est: ratio, quia ibi judicium finiendum ubi cœptum e. 19. extr. de for. compet. l. 19. de jurid. l. 30. de jud. l. 7. eod. Cum qua non pugnat l. 3. §. 5. de rem. quem §. Cuiac. in comm. ad l. 7. de jud. male distinctum esse notat, & eius §. 5. finem constituit in voce audiendus, principiū vero §. 6. faz. à verb. si dicta causa sit: hoc sensu; ut interstir an quis nomen militie dederit tum demum, cum jam damnatus erat in causa capitali, vel illico postquam semel dixerit causam capitalem, aut requirendus tantum annotatus fuerit inter eos. Priori casu capite punitur, etiam si mitior ab initio dicta sit sententia; nec remittitur ad priorem judicem, qui jam sententia dicta judex esse desit: posterioribus vero, cum judicium daret, militia ignominiosè solvit & remittitur per d. l. 3. §. 6. ut & ibi desinat judicium ubi cœpit d. l. 30. & l. 7. de jud. multo minus obstat l. 12. si quis caut. quod enim ibi de privilegio dicitur, id verum de iis privilegiis, que merita causa, non qua processum, ut est privilegium incompetencia seu domiciliij, respiciunt. Denique observandum ex his verbis; quod possessor hereditatis l. 9. 10. pr. 11. 12. de H. P. ibi conveniri debet, ubi ipse habet domicilium; non ubi defunctus habuit: in quo recte convenitur à creditoribus hereditariis l. 19. de jud. quia hæres succedit in locum defunctorum: l. 34. eod. quod tantum quoad jura defunctam aetiva quam passiva verum, & ideo regula l. 19. tantum in creditoribus procedit, quia hæres possidentem pro herede ex possessione,

lega-



legatarij ex quasi contractu, non vero ex negotio cum defuncto inito
conveniunt. v. Ampliss. Dn. Praef. patr. & precept. sancte col. in suo fil. Ariad.
tab. s. pr.

42

9. Et haec difficultiora vocabula sunt, quæ in priori prædicti parte
deprehendi: sequitur pars altera, in qua docetur; possessio hereditatis etiam ibi recte conveniri, ubi hereditas sita est: verba Imperatorum haec sunt: *vel si ibi, ubi res hereditaria sita sunt, degit:* (Ita etiam habet Obrichtianus , nec causa apparet, ob quam cum Gothofredo, Charonda, Pacio, quorum unus alterum sine collatione membranarum sequi solet, in dubium vocem: cum eam & alter codex optimæ notæ sine hesitatione exprimat, & ipsa syntaxis desideret.) primo occurrit vox *vel si*. Vocabulum *si*: plerumque & regulariter conditionem denotat sicut & part. Cum exempla sunt in l. 48. de condit. indeb. l. 45. §. 3. de V.O.l. 22. Quand. dies leg. ad de C.I.A. de cond. & demonstr. th. 7. n. 3. & th. 24. & seqq. §. 28. (alij habent 31.) Instit. de leg. & ibi Wesenb. Unde est quod Cujacius in paratit. Cod. b. & *Vbi in rem*. statuat nunquam in loco, ubi res est, quem rei vindicatione posse conveniri, nisi & ibi deprehendatur. De qua controversia latius tractabitur infra; hic fontem & originem designasse sufficiat. Zangerus ut in genere verū ostenderet, possessorum hereditatis in loco ubi res hereditaria sita, posse conveniri p. 2 c. 1. n. 101. vocem *si* per particulam *quamvis aut si* etiam explicat, ut sensus sit. Ubi domicilium habet qui convenitur, quamvis vel *si* etiam ibi, ubi res hereditaria sita sunt, degat, hereditatis erit controversia terminanda: & ita vocabulum *si* accipitur in l. 31. vers. & ideo de recept. arb. l. 7 §. 10. Ad SC. Maced. Verum hac explicacione admissa vox *vel* superflua futura est, sensusq; alienus & absurdus inde generabitur. Ideoq; mallem verbum *si* regulari suæ significacioni relinquere, contra argumentationem à contrario sensu non admittente, quia hoc rescriptum ad instantiam & petitionem partis datum speciale est. Vminus de proceß. disput. 4. num. 16. Neque enim alias opus fuisset hac particula, sed eadem figura absolvenda fuisset propositio h. m. *vel ubi res hereditaria sita sunt.*

10. Sequitur in texu *ibi ubi res hereditaria sita sunt*: haec verba jam in parte superiori sunt explicata, illud tantum adiicere luet; res hereditaria hic indefinite proponi, non adjecta universalitatis nota; quo Imperatores innuere voluerunt: non requiri, ut omnes res ibi sita sint; sed sufficere, si pars maxima ibi sit constituta: argumentum hujus rei peti potest ex l. 50. de jud. ceteræ enim res in consequentiam majoris summae veniunt, quin imo, si quis rem minimam pro herede

D 2 possidet



possidet, cum ratione illius minimæ rei universali etiam actione co-
veniri queat l. 10. de H.P. ibi quoque ubi ea est forum sortiri videtur
quia eadem ratio partis ad partem, quæ est totius ad totum l. 76. de R.
P. Wesenb. paratil. Si pars hered. Pat. An. Cod. de jur. dot. num. 9 fin. jam ve-
ro totius hereditatis ea natura, ut ibi eius petitio sit instituenda, ubi
res hereditariæ sunt b. l. un. Ergo & pars ibi, ubi ea sita, petenda vi-
detur.

II. Tandem concludit posteriorem prædicati partem vocabu-
lum degit: quod bonis auctoribus idem quod esse seu vivere significat:
unde sèpius, addita voce vita, vitæ degere legimus: exempla sunt apud
Iust. 1.7.73.3.7. Tac. 4.41.2. aliquando etiam nude positum hoc voca-
bulum idem tamen significat: ut vid. apud Calep. in voce dego. cu-
ius auctoritati recte addi potest l. 15. C. de test. milit. Ubi milites in
expeditione degentes sunt illi, qui in expeditione vivunt vel existunt.
& b. l. un. in qua verba si ibi degit, recte explicantur per verbum est seu
reperitur. Cujac. 5. O. 19. & in paratit. C. b. Neque enim aut Donello 17.
comment. 17. aut Wesenb. in comment. Cod. de hered. pet. num. 39. assenten-
dum, qui vocem degere per phrasin domicilium alicubi habere inter-
pretantur. Particula enim vel satis manifeste distinguit forum ubi
quis degit à foro domicilio; nec vero simile Imp. per verba sequen-
tia, quæ obscuriora, explicare voluisse priora, quæ clariora sunt. Vult.
ad h. l. n. 24.

C A P. II.

Quod continet summam & casum hujus partis posterioris.

I. In summa ergo hæc posterior pars id dicit: hereditas ibi peti po-
test, ubi aut reus domicilium habet, aut ubi res hereditariæ sita. Me-
rito omitto cum C. I. A. de jud. thes. 239. verba, si ibi reus degit: non enim
ea ideo posita, ut inde argumentum à contrario sensu deducere liceat;
sed cum rescriptum ad petitionem partis sit datum, ideo repetit in de-
cisione Imp. etiam eas casus circumstantias, quæ quidem necessario,
ad decisionem non pertinent, eam tamen minus dubitabilem reddunt;
sicut etiam in l. 7. C. de incol. 10. 39. supra fieri ostendimus. Ut ita deci-
sio duo fora principaliter designet: (1) forum domicilij possessoris,
(2) forum rei sitæ, in quo respondere teneatur possessor illico, si sibi
reperiatur: citandus autem si alibi moretur. Ita accipe C. I. A. d.
et 239. quod tria fora alias designare videtur. §. Nimirum vero nostrū
textū

textum restringunt illi, qui cum Don. Wefenb. dd. locis / quamvis in nostram sententiam iterum inclinet in paratitl. C. b. Gotthofred. in not. ad l. lun. ad verbum vel. huius textas summam ita concipiunt. Possessorum hereditatis proponitur ubires sitae, petitorum vero in domicilio conventi quibus consentit Mornacius ad b. l. un. pr. ubi ait: possessorum spectare re hereditarias, petitorum personas. quia forum quod duplex est, & domiciliis, & rei sitae, ad simplex & unicis, domiciliis nimirum; hac ratione re stringeretur, contra textum expressum & naturam vocis vel quæ diversa conjugit per notat. Calvinii ad vocem vel.

2. Et hic quidem partis hujus per restrictionem quandam summarius sensus est, qui si clarior per extensionem fieri speretur, casus eius figuraionem nunc substituam: quæ talis est: Messias à Sempronio haeres institutus, adversarios sibi viderat tam substitutos quam legitimos, non quidem in possessorio, in quo contradicere non poterant, ut ostendi supra p. 1. c. 2, verum in petitorio: aut licet tempore quo petiit rescriptum nullos quidem haberet adversarios, timebat tamen etiam in possessorio quosdam contradictores, (quam cùm statim nos hic singulae jubet decisio l. 2. C. de interd.) Igitur ignarus, si aut in possessorio vinceretur aut vinceret, ubi ipsa hereditatem petere, vel ab ipso peti debet, certius hoc ab Impp. cognoscere cupit: Ratione domiciliij conventi, haec forte pars Imperatoribus dubia movebat, quod heres ibi sit convenientius ubi & defunctus l. 19. dejud. jam vero defunctus convenientius debuit in domicilio suo, non heredis. 2. quod non commode ibi fiat executio, per l. 12. §. 1. de re jud. Ratione loci ubi res sita: quod hereditatis petitio praestations etiam personales in se comprehendat l. 25. §. 18. de H. P. locus vero ubi resposita vindicationibus tantum sit legitimus. Verum his argumentationibus parum moti Valerianus & Gallienus, respondent, possessorum hereditatis re & in loco ubi domicilium habet qui convenientur, & ubi res hereditaria sita sunt, judicio provocari. De cuius rescripti rationibus in utramq; partem cap. sequenti III. dispiemus.

C A P. III.

Agens de rationibus dubitandi & decidendi.

1. Sic n. verborum vi inspecta & casu clarius proposito, haud difficile est in rationes dubitandi & decidendi inquire: quod commodissime fieri posse existimo, si penitus decisionem ipsam introspexe-

D. 3. rim.

rim. Dicitur autem primo quod possessor hereditatis ibi conveniti debat, ubi ipse habet domicilium: non ergo licebit, ubi defunctus habuit per l. 29. §. ult. de inoff. test. Contra tamen dubitationi ansam præbere potest, quod heres sit is, qui consequitur omne jus defuncti, l. 24. de V. S. & succedit in locum eius à quo heres relictus l. 34. de jud. ideoque absens in loco domicilij defuncti defendendus, & præsens ibi est conveniens l. 19. d. t. accedit quod plerumque paterfamil. in suo domicilio summam bonorum constituit: ut adeo facilior ibi futuras sit executio, quam ubi hæres habitat. Denique quod possesso tantum ibi petenda dicatur ubi bona sita: addo quæ disputavi in p. 1. c. 3. th. 3.

2. Duplex ratio dubitandi est. Posterior omnino incompetens forum domicilij facit: priores saltem cum domicilio rei domicilium defuncti conjungendum suadent: duplex etiam substituenda decisionis causa. Primo ex regula generali, quod actor rei forum sequi debat, sive in rem sive in personam agatur l. ult. C. Vbi in rem. Ergo & si quis actione mixta conveniat: jam vero rei forum est ubi est habet domicilium l. 2. C. de iuridict. c. m. n. jud. Deinde quod nemo invitus facile possit lacerari in foro alieno, seu non suo arg. l. ult. de iuridict. omne autem forum alienum est, quod nec ratione domicilij, nec contractus, aut rei sita, aut delicti competens sit. a. ap. ult. extr. de for. compet. Ergo & hoc in casu forum defuncti. Necnulla hic in forum successio fangi potest: successio enim ea limitatur & ratione materia, & ratione formæ seu modi. Ratione materia locum tantum habet in creditis hereditariis: cum enim ideo hæres conveniat in foro defuncti, quod in jus ejus succedat: jus illud in persona demortui radicatum esse oportuit, ut sit in quod succedatur: unde est quod fideicommissi petitio apud judicem proprium, non eum in cuius locum hæres succedit, in situ debat l. 50. §. 2. de jud. cum obligatio non à defuncto, sed hærede coperit l. 5. §. 2. de O. & juncta §. 5. Inst. de O. qua quasi ex contr. Ratione formæ seu modi quod nimis litigio contestata etiam absens à domicilio defuncti citari possit, antea tantum præsens conveniti d. l. 19. & l. 34. de jud.

3. Posterioribus duobus dubiis jam in parte priore satisfactum: quod nimis executioni sententia mandetur per litteras mutui compassus, & regula ista, ubi possessorum tractatur ibi etiam petitorum instituendum, locum tantum obtineat, si agatur de possessorio cui contradictor accedit, ut in interdicto Quorum bonorum, & non nunquam missione ex Edicto D. Justiniani; eo vero in casu, sicut & in petitorio judicio, est elecio penes actorem an primam & præparatoriæ

atoria
an in
an si
re se
Cuiac
tur co

perat
ibi te
tand
titio a
de act
men
ut fo
imita
jud th
stitui
tione

dicij
actio
res ef
hoc i
3. de R
qua e
tatis
tates
tio in
d.t. th
princ
tetur. V

imit
sens
tion
fine
revoc
dam
sio e

770

toria actionem velit intentare in loco domicilij per l. 2. C. de interd.
an in loco rei sita per l. ult. C. Vbi in rem. Illud adhuc dubium restat,
an si actor semel elegerit in possessorio certum forū, in petitorio muta-
re sententiā possit: Sic statuere videtur Collegio. I. A. de quib. cauf. 9 16. in f.
Cuius. Mihi v. placet opinio negativa, ne causæ continentia disrumpa-
tur contra l. 10. C. de jnd. c. i. extra de caufa pos. & prop. add. sup. p. 1. c. 3. 9. ult.

42
197

4. Ethac in prima decisionis parte movere rescribentes Im-
peratores poterant: Posterior ita se habet; hereditatis controversia
ibi terminanda, ubi res hereditaria sita, si ibi degit. Rationem dubi-
tandi ostendit ipsa hujus judicij natura. Est nimurum hereditatis pe-
titio actio mixta. l. 7. C. b. id est, & realis & personalis d. l. 7. §. 20. Inst.
de act. quamvis enim in rem actio sit l. 27. §. 3. de R.V. præstationes ta-
men personales habet l. 25. §. 18. de H. P. jam vero res sita tantum facit
ut forum competens sit actionibus realibus, & quæ actiones reales
imitantur, aliquibus interdictis: non etiam personalibus. C. I. A. de
jnd. thes. 234. Unde sequitur hereditatis petitionem, ibi, ubi ea sita, in-
stitui non posse; cum eo ipso quod petitur hereditas, etiam præsta-
tiones personales petantur, l. 20. §. 3. l. 25. §. ult. de H. P.

5. Verum quæ dubitandi, eadem decidendi rationem præbet ju-
dicij qualitas. Certum enim est & planius quam ut negari possit, in
actionibus realibus competentem quem judicem sortiri in loco, ubi
res est l. 3. 8. de jnd. l. ult. C. Vbi in rem. c. ult. extr. de for. compet. jam vero &
hoc indubitatum, hereditatis petitionem esse judicium in rem l. 27. §.
3. de R.V. Nec obstat quod accedant præstationes personales, quippe
quæ tantum veniant in consequentiam principalis seu ipsius heredi-
tatis: cui addi & illud potest, hanc actionem ita esse mixtam, ut quali-
tates eius simplices vix separari possint. Unde sequitur, quod disposi-
tio in simplicibus etiam locū obtineat in mixtis Zang. d. c. 1. n. 102. C. I. A.
d. t. th. 238. p. l. 81. de H. Inst. l. 13. de lib. & post. imo quod, cum præcipue &
principaliter in rem sit, præcipue & principaliter eius naturam imite-
tur. Vnum. de proceſſ. disp. 4. n. 16.

6. Dicit quis in stando: Quamvis hereditatis petitio haec tenus
imitetur reales actiones, non tamen ideo consequi, ut reus, etiam ab-
sens recte conveniatur in loco ubi res sita est: cum nec rei vindica-
tione absens iuri pulsetur Par. An. Cod. Vbi de hered. quia non
sine magno detimento, magnaque interdum captione à rebus nostris
revocamus Cui. n. C. eod. Quā in rem Mornacius ad hanc l. un. velut fun-
damentalem textum addit l. 7. ff. testamento quemad. aper. Verū respon-
sio est facilis, si ipsam generalitatem ll. supra à nobis propositarum
confide-

onsideraverimus; certissima vero juris regula, quod lege non distinguente nec nostrum sit distingueret l. 8. de publ. in rem acti. Imo hoc unum requisitum ponere nihil aliud sit, quam negligentia Jctos ac sare: cum notabilia, nisi specialiter notentur, videantur neglecta.

§. 26. de injur. Nec sane ratio Cujaciana satis firma, licet enim in magno saepe detimento coniunctum sit à domo avocari, per d. nullibi tamen dicitur, quod reus cum suo aliquo incommodo à domicilio in causa propria citari nequeat: nec alleg. l. 7. aliud pro, quam iniquū esse suum alicui officium existere damnosum: quod de publico officio pronunciat Jctus in l. 29. Ex quibus causis maiores.

C A P. IV.

Explicans regulam generalem ex hoc textu desumptam.

I. Ex hac tenus exposto textu sponte fluit ista regula. Res iiii potest, ubi est constituta. Hæc regula ante omnia ita explicanda, ne aliud forum domiciliij contra l. 2. C. de jurisd. l. ult. C. Vbi in rem, quos statutus contra impletiones Donelli & Zang. supra satu munivimus. Amatur (I) ratione subjecti, quod procedat (i) nō modo in puris judiciis ilibus, sed etiam actionibus mixtis (nam & hæc de dominio rei agunt. v. Instr. de act. l. 25. §. 18. 19. de H. P.) veluti hereditatu petitione b. l. un. m. hercif. comm. div. fin. regund. etiam feudalium, modo non duo eiusdem domini vasalli litigent. Zang. p. 2 de except. c. 1. n. 105 f. (2) non modo in petitorii, sed etiam possessoriis quibusdam & interdict. vid. sup. i. cap. 3. th. 4. (II) Ratione rei conventi ampliatur, (1) quod etiam is, qui superior est, conveniri possit apud judicem inferiorem, modo sub ejus urisidictione res sita sit. Monach. præt. jud. p. 2. cap. 6. num. 60. quod procedere Dd. adjunt, etiamsi judicio petitus regia dignitate emineat gl. in clem. in verb. subditis de foro compet. non enim hic tam persona spectatur, quam res de qua conteriditur. (2) d. regula etiam locum obtinet in eo, qui privilegio quodam alicujus jurisdictioni est exemptus cap. 1. de priv. in 6. quales sunt domestici & agentes in rebus l. un. C. In quib. causis, Clarissimi Academiarum professores, & seduli Universitatum studiori vult. ad h. l. un. n. 57. (3) clerici nam & illi corā judice laico conveniri possunt, de re ubi ea est sita. Gail. l. O. 37. num. 4. (III) Ratione oblii. Gilhausen. in arb. jud. c. 1. p. 2. §. 4. num. 2. hanc regulam ampliat (1) in spiritualibus. cap. 3. extr. de foro compet. ut scil. Episcopus vel alius magistratus



98.4

gistratus Ecclesiasticus sive actione petitoria sive possessoria agatur de re sub sua dicēsi sita judicare queat: laicū enim judicem, in Ecclesiastica causa, licet possessoria simplici, admittere, prater c. 2.17. extra de
jud. auth. statutum C. de Episcop. & Cler. prohibent ea, quæ bene & accurate disputat Covarruvias in quæst. pract. 35. num. 1. (2) Quod hoc enunciatum procedat in rebus tam immobilibus quam mobilibus & se moventibus l. quod leg. 38. l. non alias 24. §. f. & l. seq. ff. de jud. (3) Non modo in rebus corporalibus, sed & incorporalibus fac. §. 2. Inst. de act. quæ & ipse quoque possideri dicuntur l. 9.16. §. ult. ff. de H. P. C. I. A. de jud. thes. 236. (IV) Ratione forme seu modi ita ampliatur, ut aliquando posse fessio ibi tantum, excluso foro alio, peti possit, ubi res sita; velut si vacua per implorationem officij judicis petatur b. l. un. pr. (V) Ratione circumstantiarum extrinsecarum procedit quoque. (1) si res sita ubi auctor habet domicilium: (2) si in diversis locis constituta, nec sciti facile possit, ubi ea sit posita: quo casu utriusque territorij judex poterit aditi. Gilb. d. loc. n. 6. 8. quāvis & ob continentiam causæ omnibus superior possit postulari; prout jam est declaratū sup. p. 2. c. 6. 4. (VI) Ratione effectus res in loco quodā sita non tantū ratione fori, sed etiam quoad cætera onera patrimonialia facit subditum: unde omnes omnino domestici & agentes in rebus in l. un. C. In quibus causis. sub moderatoribus provinciarum pro functionibus publicis respondere, nulla fori præscriptione valitura, jubentur: quod hodie adhuc in aulis Principum & Imp. servari docet Vult. ad. d. l. un. n. 57. ubi idem jus ad excellentissimos dominos professores atque studiosos producit.

2. Restringitur tamen varie & limitatur eadem regula (1) enim ratione subjecti locum non inventi dicta regula (1) in iis interdictis, in quibus se fundat auctor non tam in jure quodam in re, quam facto & delicto adversarij: cum enim ea potius personalia sint l. 1. §. 3. de interd. male iisdem quadrabit regula judiciorum realium. (2) nec applicari potest actionibus personalibus, licet in rem scriptis vel noxalibus, quamvis enim haec actiones à Dd. vulgo mixtae vocentur, verius tamen, mere eas esse personales, quippe cum nec in §. 20. Inst. de act. inter mixtas referantur, nec alibi accenseantur, nec denique eisdem competat definitio mixtorum judiciorum: quæ habetur in d. §. 20. (11) Ratione rei conveniēt excipit persona, quæ speciali privilegio etiam oneribus patrimonialibus est exempta: in qua classe nonnulli clarissimos professores Academiarum constituentur, vid. Hill. 17. D. E. 17. lit. A. (III) Ratione objecti si ipsa bona sint alicuius jurisdictioni exempta: ut sunt domus privilegiatae, Die Frenhäuser. Carpzoy. p. 3. 12. ult.

E

Deni-

Denique *ratione effectus* notandum, quod licet *ratione rei* in loco quodam sit^{ur} subditus quis dici possit, id tamen non nisi in proprio fieri. *Paurmeister de juris dicit lib. 2. cap. 9. num. 115.* cum aliud sit forum sortiti, aliud subditum esse; prout eleganter declarat *Gul. lib. 2. de pignorat. cap. 15. num. 3*, adeo ut eum excommunicare, capere aut aliud contra personam machinari nequeat. *Hellig d. loc. eriam si possessor rei domino loci homagium praestiterit, quod jurare solent i; quos nos Landsassen vocamus.* Cum enim homagium, quod ratione rei tantum praestatur, stricti juris sit, non erit ultra mentem jurantis producendum ad personalem obligationem *l. quidquid 99. de V. O.* praesertim quia de odiosa subjectionis materia est conceptum. *vid. latius Paurmeister d. loc. num. 117. & seqq.*

C A P. V. & U L T.

Quod agit de controversiis quæ circa
hanc posteriorem partem mo-
veri possunt.

1. Superest una adhuc vel altera dubitatio, quam non inique in calce hujus explicationis ex solenni veterum methodo adiici existimatim. Et primo quoad judicium constitendum; queritur quatenus in loco domicilij vel rei sita hereditas peti possit. *Donell. 17. comment. 17. & Welenb. comment. Cod. de inoffic. test. n. 59.* alibi quam in loco domicilij controversiam han terminari possit negant. 1. quia hereditas juris nomen sit; & ideo nullibi constituta dici possit. 2. quia nullibi forum rei sita exprimatur: nam quod in h. l. nn. constituitur, nihil probare contendunt: quoniam tum denun. forum ubi res constituta legitimum oriatur, si ibi reus degat, id est, domicilium habeatur. Ceterū ad hæc Donelli dubia jam supra responsum; ad prius quidē in *p. 1. cap. 1. thes. 6. ad posterius, verop. 2. cap. 1. thes. ult. & cap. 2. thes. 1.* Addo per *tenet aliam l. 4. pro Donell. opinione confirmanda l. 29. § ult. de inoff. test.* ubi verbum *oporet* necessitatem quandam inducere videtur, præcise autem legis jussum servandum est, quod cum negligitur actio denegatur, per *l. 42. § 4. de procurat. Donell. d. lo.* Nec excusat quod *d. l. 29. § ult. de inofficio* si querela loquatur: ea enim ipsa nihil aliud nisi qualificata quædam hereditatis petitio est *l. 1. 34. C. de inoff. test. Excell. Dominus preses precept. & patr. submissa observantia eternum col. in suo filo Ariad. tab. 2. in pr.* Quamvis & hoc respōdere ad d. legē possem. verbum.

Oport.



Oporet in jure nonnunquam pro decet vélut in l. 13. §. 1. *commode*.
¶ & non oporet pro non decet seu non est æquum usurpari.
l. 70. §. 1. de V.S. quoniam tamen in materia judicaria plerumque ne-
cessitatis nota est; ideo eam ita accipiemad judico, ut non excludat
simpliciter omne forum quod non est domicilij *contra hanc l.un.* sed
secundum quid, ut excludat domicilium defuncti, & heredis ab inte-
stato contra testamentum venientis faciat ipsa lex 29. §. ult. ibi in que
scripti heredes.

2. *Contra proflus à Donelli Sententia* recedunt illi, qui tria
fora legitima statuunt. 1. *domicilij.* 2. *rei sitæ.* 3. *originis.* Vigel. p. 1.
lib. 2. cap. 2. except 15. repl. 2. p. l. 29. ad *municip.* Ubi incola & his magi-
stratibus parere jubetur apud quos incola est, & illis apud quos civis,
vel originarius existit, nec tantum municipalij jurisdictioni in utro-
que municipio subjectus esse; sed & omnibus publicis muneribus
fungi debere statuitur. Verum huic opinioni graviter obslit quod
forum domicilij tantum pro legitimo habeatur l. 2. C. de *jurisdict. omn.*
jud. *domicilium autem* passim opponatur origini, ut ostensum *supra*
cap. 1. Rechte itaque C. I. A. de *jud. thef.* 206. d.l. 29. l. 4. C. de *orig.* restringit
ad honores, munera, successionem, per l. 11. de *Senat.* l. 23. Ad *municip. l.*
3. de *mun. & bon. sequuntur Gat. & Zang.* ibid. cit. Poterit tamen Vigelij
definitio seu replicatio locum habere in casu l. 27. §. 2. Ad *municip. &c*
similibus, quando reus prorsus nullum habet *domicilium.* Carpov.
p. 3. const. 13. definit. 13. inf. Salycer ad l. 1. C. de *summ. trin. Hart. Pistor. Obs. 55.*
num. 4. & 12.

3. Aliter discedunt Zang. p. 2. cap. 1. num. 101. & nisi superiore ex-
plicatione thestis temperes. C. I. A. de *jud. sapientia alleg. thes.* 239. Dan. Ve-
nat. in enarrat. meth. Cod. ad b. t. dum tria fora ex hac l. colligunt; ita
ut hereditatis possessor conveniri queat (1) in loco *domicilij*, tanquam
generalissimo (2) in loco ubi hæres degit, tanquam in loco *contractus*
(3) in loco *rei sitæ*, tanquam *judicij realis*. Verum huic explicationi
obstat: (1) ipse textus l. un qui semel posita particula disjunctiva vel,
duo tantum membra constituit: (2) quia hac ratione patrum congrue
Imperatores loquerentur; quippe cū forum ex *contractu* reus nō sor-
titatur ibi, ubi res est, sed ubi *contractus* celebratus. l. 2. §. 4. l. 19. §. 1. 2. l.
36. §. ult. l. 45. de *jud.* adde C. I. A. d. t. 8. 219. & citatos ab Vnumio disp. 4. n. 5.
(3) quia nullus hic aut *contractus* aut quasi *contractus* inter possesso-
rem & petitorem principaliter celebratus. Non certe per aditionem
hereditatis, ut vult Zang. d. 10. quia per hanc cum legatariis tantum &
& fideicommissariis & quibuscumque aliquid ultima voluntate testato-

ris reliatum est hæres quasi contrahit sape cit §.5. Inst. de O. que quasi ex contradic. 2. quia hac admissa opinione totam hereditatem actione mere personali peti posse sequeretur, contra l.25 §.18. de H.P. l.27 §.3. de R.V.l.7.C. de H.P. omnis n. hereditatis petitio ad duo datur. 1. ad ipsam hereditatem principalem; quæ ex Zangeri sententia ex quasi contradictione & sic obligatione personali deberetur. 2. ad præstationes personales, quas non ex jure dominij oriri vel ex d.l.25 §.18. d.l.7. satis manifesto apparet. Et sane licet forte ex gestione l.25. §.1. l.41. de H.P. negotiorum gestorum fingi obligatio posset, per l.ul. de N.G. cum tamen personales ex præstationes in consequentian tantum Universitatis veniant; in foro hereditario fundando attendenda non sunt.

4. Rectius his omnibus Vmmius disput. de proceß. 4. num. 16. duo loca , ubi Universalis rei vindicatio sive hereditatis petitio instituitur possit: forum nimurum domicilij & forum rei sitæ, licet ibi possessor Universitatis non deprehendatur; per rationes quas adducit Zang. p.2.c.1.n.100. &c. 2. seqq. Nec movet Cujac. cuius argum. supra refutavimus: p.2.c.1.8.9. &c. 2.8.1. nec qui in hereditatis petitione Cujac. sequitur Vult: (1) per h.l.un. (2) quia insignis ratio differentiae inter hæreditatis petitionem, quæ est & realis & personalis , & inter actionem mere realem. Legem hanc un. quod attinet, respondet Azo.ingl.h. sub-intelligendum esse vocabulum maxime. Sane si violenta adhibere remedia addendo vel detrahendo textui liceret, forte cum Vmm. d.loc. delenda verba sibi degit censerem : præsertim cum corruptam scripturam suspicari studeat , quod in Editione Goth. vox si lineolis est inclusa, & in MS. Reuchlini, cuius inspiciendi mihi copia à viro Amplissimo Dn. D. Biccio patr. & præcepte, sancte col. benigne facta, idem vocabulum aliena manu supra adscriptum legatur. Verum ad hæc velut desperati morbi malagmata venire, (maxime cum Codices antiquissimi verba hæc constanter retineant & repræsentent, ut supra indicavimus) nulla cogit necessitas. Dicit textus si ibi, ubi res est, convenientius reperiatur, recte lis hereditaria ibi terminatur, quod ut ne-gem procul abest: at argumentum à contrario sensu, Ergo si ibi non re peritur, ibi non potest conveniri, deducere haud permitto , quia hoc rescriptum ad instantiam partis est concessum. Sic argumento, quod ex ipsa lege desumitur, refutato , ad rationem facilis est responsio. Non enim sequitur hæc actio est in rem & in personam : Ergo, non simpliciter datur, ubi res est: imo , quia principaliter in rem, ideo vel maxime realis judicij naturam sequitur. Vmm. d.loc. Confer ea quæ de ambiguitate particula s i supra cap. i. thes. 9. dicta sunt ; cui licet plures textus



textus suffragentur l. 15. §. 2. ibi, si tamen. Quod vi aut clam. l. 12 § ult.
Mandati l. 17. § ult. de contrah. Em. hic tamen vix locus relinquitur.

5. Instantiae loco hic insurgit Castrensis cum Cujacio ad l. ult. C.
Vbi in rem. num. 2. quo in loco ipsam in rem actionem simplicem non
aliter concedendam putat in foro rei sitæ, nisi & reus ibi deprehenda-
tur: tribus potissimum rationibus. 1. quia ita in foro contractus ser-
vatur c. 1. §. 3. de for. compet. in 6. forum vero rei sitæ cum majori effi-
cacia non est coniunctum; quam forum contractus. 2. quia alias nul-
la est differentia inter forum domicilij, & forum rei sitæ. Denique
quia sola dominus possessio non facit subjectam personam l. 17. §. sola
Ad municip. ut adeo dominus vel iudex ipsius territorij non possit con-
tra personam quidquam statuere, sed tantum adversarium in posses-
sionem mittere, sicut & dominus fori in quo contractum d. c. 1. §. 3.

6. Quibus argumentis ut satisfaciamus, singula ordine refuta-
bimus. (1) tale est. Quia ratione reus in foro contractus recte conve-
nitur eadem etiam tatione possessor conveniri debet in foro rei sitæ;
Atqui reus tantum præsens in foro contractus recte convenitur c. 1.
§. 3. de foro compet. in 6. E. & possessor in foro rei sitæ præses tanto m
potest conveniri. Hoc si Ummatio proponeretur dubium, haud dubie
responderet negando minorem, ut qui in d. d. 4. num. 5. simpliciter fo-
rum contractus legitimum statuat. Verum, quia præter locum con-
tractus aut omnino præsentia conventi, aut ut bona ibi constituta ha-
beat reus in d. c. 1. §. 2. & l. 19. §. 1. 2. de jud. requiritur, nisi dolose latitet,
(quo in casu noviter canones introduxerunt, ut etiam missio impe-
trari possit à judece contractus in bona qua ibi posita non sunt d. §. 3.
vid. not. & quest. Excell. D. pref. ad C. I. A. de jud.) ideo melius responderi
puto negando consequentiā majoris. In foro enim contractus expresse
præsentia requiritur d. c. 1. §. 3. de jud. nullibi vero id de reali judicio ex-
primitur: & ratio differentiae manifesta est; ex contractu enim per-
sona convenitur personali actione, persona autem non subiicitur ob
contractum in loco quodam celebratum, sed ob constitutum domi-
ciliū & incolatum: in rei vero vindicatione potissimum res specta-
tur, quæ ibi & secundum illius loci iura censemur, ubi sita l. 4. §. 2. de
censibus.

7. Non tamen inde sequitur nullam differentiam esse inter fo-
ram domicilij & forum rei sitæ. Maximum enim est discriben &
ratione objecti & ratione efficacie. Ratione enim materiæ domicilij
forum latissime patet, & legitimum est omnibus actionibus, sive ix
rem sint sive in personam l. ult. C. *Vbi in rem l. 2. C. de iurisdict. l. 5. C. eod.*

E 3 forum

forum vero rei sitæ actionibus realibus & mixtis peculiare d. l. ult. & t. i. C. Vbi in rem. h. l. un. Ratione vero efficacia differt, quod judex domicilij qualitercumque sua iussa tueri, adeoque & capere personam & excommunicare & multam indicere possit; securus vero in judice ubi res sita, quia tantum in rem, non etiam hominem jurisdictiōnem habet. Quare nihil obstat argumentum Castrensis ultimum: non enim sequitur, hic judex non potest ea quæ potest judex domicilij, E. tan-tum ea potest, quæ potest judex contractus, & per consequens non potest citare absentem. Ex his itaque quæ ab utraque parte hactenus proposita sunt firmiter concluso & possessorum hereditatis ibi conveniri posse, ubi domicilium habet. & ubi res sita simpliciter tanquæ in judicio reali, non ex quasi contractu, nec in foro originis, nec domicilio defuncti: & simul finio quæ ad judicium hoc constituendum pertinent, progrediorque ad ea quæ constitutum sequuntur.

8. In hac parte illud potissimum eruendum dubium, secundum cuius loci statuta & consuetudines judicari debet hereditas; puta si alia in loco domicilij, alia in loco rei sitæ, alia denique in domicilio defuncti, ubi res mobiles esse regulariter censentur, vigeant. Bartholomaeus Chassaneus consit. 9. in fin. ejus loci jura servanda monet, ubi hereditas petitur, vel actio universalis instituitur. Unde quia universitas ibi petenda, ubi major pars est h. l. un. juncta l. 50. de jud. secundum eius loci statuta etiam minorem partem alibi sitam dijudicandam esse statuit, per l. 3. in fin ff. de rebus l. 4. de Off. procons. gl. ad cap. illud l. 2. 7. (forte l. 3. 2.) Verum allegatæ ll. id non sufficienter probant, & res ipsa pluribus indiget distinctionibus. Cum autem labor hic frusta suscipiat & quæstio inaniter tractetur, nisi sciamus quæ statuta sint ipso jure valida, igitur ante omnia, quæ ad statutum requirantur, brevissime explicabo; postea speciebus statutorum additis, quatenus quæque subiectis rebus applicari debeant, una vel altera thesi sum expositurus.

9. Distinxii in quæstione statuta & consuetudines, per l. 9. ff. de Iust. & Jur. l. 32. de ll. & differunt inter se sicut lex & consuetudo civilis. vid. Gail. 2. O. 31. num. 10. quamvis Chassaneus in consuer. Burg. lib. 1. tit. 1. §. à statuto autem differre etiam ipsa vi & efficacia putet: ubi maiorem vim juri non scripto per consensum tacitum introducto, quam scripto & per voluntatem expressam constituto tribuit: à quo recte dissentit Gail. 2. O. 78. num. 2. Est igitur statutum lex municipalis d. l. 9. à legitimo magistratu l. 4. §. fin. de Off. procons. qui summam in isto municipio auctoritatem tenet, de rebus l. ult. de juridict. vel personis sibi subiectis.

50r. 49
Subiectis l. 7. §. fin. de confirm. tut. 1. etiam 10. de tut. l. un. C. Qui pro sua justis iust. rationabiliter disponens fac. L. Quintus Mutius 7. de ann. leg. (Et inde est quod domini Assessores Camere se secundum laudabiles locorum consuetudines, Nach redlichen chrbarten vnd ländischen Ordnungen. Statuten vnd Gewohnheiten / judicatuos jurare tenentur. Ord. Cam. p. 1. tit. 57. Gail. 1. O. 36. num. 14. 15.) & communi consensu probata l. 1. 2. de ll. adde Dec. conf. 649. Cacher. conf. 29. num. 15. & conf. 76. num. 4.

10. Hæcrequisita, si in statuto concurrent, quin legitimum id efficiant, dubium non est: ubetius de his differere merito jam supersedeo, quia non de validitate ll. municipalium in genere mihi sermo, sed specialis quæstio proposita est. Omne autem statutū hereditatiū veldisponit cōtra jus civile, vel secundū illud, vel præter jus civile. Nos de iis loquimur quæ derogant juri cōmuni; quæ enim illud per omnia imitantur statuta dici non merentur. sed potius confirmationes & explicationes constitutionam civilium l. 23. 37. de ll. Chas. de consuer. Burgund. tit. des confiscations rubr. 2. qui confisque le corps § 1. num. 3. q. p. m. 347. Derogatoria statuta aut derogant prohibendo quæ jure civili permitta; aut permittendo quæ sunt prohibita. Et permittunt, vel tollendo obstacula solennitatis aut pericula; vel ponendo. & consti- tuendo aliquid circa res aut judicium. instituendum. Circa solennitatem actus: veluti si alicubi ita sit receptum, ut testamenta coram duobus & tribus testibus confessa valeant: de quo statuto disputationes. vide Myns. 5. Obs. 20. & ab eo citatos Cynum. Bart. Bald. Salyc. Fulgos 14. ad l. 1. C. de sum. trin. & fid. Cath. Casus hic esto: Degen in Lotharingia fecit testamentum secundum consuetudinem seu statutum loci, quod forte ibi est, ut testamentum etiam coram duobus vel tribus testibus confessum valeat: in quo heredes instituti cives quidem Argentoratenses, quibus item hereditatis movent cives Hanoveri heredes ab intestato venientes in Rep. Argentoratensi. Quæstio 1. An secundum statuta Argentoratensi vel Lotharingiæ hereditas judicari debeat. Si secundum hæc heredes erunt testamento instituti, si secundum illa successio fieri ab intestato: II. si secundum statuta Lotharingiæ sit judicandum, an id procedat simpliciter in omnibus bonis, an tantum in bonis in Lotharingia sitis.

11. Antequam autem ad propositas quæstiones respondeam illud prius dubium, quod à Mynsinger d. loc. omisum esse video, expli- candum mihi existimo, an nimirum hæc dispositio statutum dici de- beat? Ita sane appellat eam Myns. d. loc. contra tamen opponi posse vide.

videtur: quod quidquid jure communi provisum, si idem lex municipij repeatat, confirmatio potius eius quam statutum dici mereatur thes. supr. proxim. jam vero jure communi provisum, ut coram duobus vel tribus testibus recte fiat testamentum cap. 10. extra de test. Resp. (1) licet hoc jure Can. sit receptum, contrarium tamen usu & per constitutiones Imperii novissimas servari. R. I. de anno 1512. tit. Bon Testament. §. vnd solle die Notarij. 2. C. I. A. de testamenti thes. ult. lex autem ea de numer dicenda, quam usus probat l. 1. 2. & 32. de ll. (2) Comm. d. c. 10. etiam per consequens. i. u. cum Wiesnb. x. de testam. n. 10. restringi ad pias causas: unde consequeretur nullo jure communi generaliter constitutum, ut testamentum coram duobus testibus confectum valeat. Et hæc de statuti hujus essentia præfari libuit: nunc ad ipsam explicationem & effectu ejus veniamus. Respōdeo a judicem Argentoratensem in proposito casu omnino statuta Lotharingica observare debere: cum hic de validitate testamenti queratur, quod utique jam suam formam habuit tempore conditi testamenti: in iis vero negotiis demum statuta loci, ubi judicio contenditur, attenduntur, quæ in ipso judicio in esse deducuntur: quale est quod proponitur in l. 1. C. de mancip. ltb. Bald. ad l. 1. C. de summa trin. num. 20. Et hæc regula ampliatur primo ratione subjecti, ut etiam non subditus in Lotharingia degens secundum statuta Lotharingica testari queat. 11. Ratione objecti, ut hoc testamentum non modo valeat in bonis quæ in Lotharingia sita sunt, sed etiam quæ in territorio Argentoratenfi, vel alibi sunt constituta. Nec obstat quod statuta sint localia Gail. 2. Obs. 124. num. 5. & ideo extra sua territoria non observentur. d. O. num. 9. Id enim non obtinet in statutis permittentibus id quod secundum juris communis dispositionem in generè quidem permisum est, sed ratione solennitatis, de qua statuto disponitur, prohibitum; in quibus (verba sunt Mynsing. s. O. 20.) receptum est, ut extra territorium vigorem suum producant, non quidem ut talis actus secundum solennitatem statuti extra territorium etiam à subdito celebratus sit validus, sed ad hoc, ut intra territorium etiam à non subdito celebratus (solennitas enim actus pertinet ad jurisdictionem ejus ubi celebratur l. 1. §. ult. de vent. insp. Bart. ad l. 1. C. de summ. trin. num. 20.) ubique locorum teneat, non tantum in his bonis, quæ habuit in loco, ubi actus geritur, sed in omnibus ubique locorum sitis. addit Gail. 2. O. 123. Possunt tamen & hæc statuta quodammodo dici localia, quia subdito, ubi tale statutum viget, extra territorium secundum consuetudinem patriæ testari non est permisum Myns. & Gail. dd. ll.

12. Pergo



439
502

12. Pergo nunc ad statuta hereditaria, quæ tollunt obstatula personæ & alias inhabilem habilitant. Hæc dupliciter sunt restringenda. (1) *Ratione subjecti*: quod nimurum personalia ista statuta tantum valeant in personis jurisdictioni statuentium subjectis, per l. i. §. fin. de tut. & cur. dat. Gail. 2.O.124. num. 15. Bald. ad l. i. C. de summ. trin. num. 13. (2) *Ratione objecti*: quod locum tantum obtineant etiam personalia statuta in rebus territorio disponentium subjectis Gail. d. Obs. num. 11. & seqq. Idque præcipue procedit in statutis odiosis, his potissimum rationibus: quia, ubi cessat jurisdictione statuentium, ibi quoque cessat dispositio statuti, textus in l. fin. ff. de juridict. cap. 2. de constit. in 6. 2. quia sicut limitatur potentia causæ, ita etiam limitatur potentia effectus l. 22 ff. de adopt. l. 30. §. cum orundus. 1. ff. de excus. tut. l. 27. de tut. & cur. dat. sed potentia consuetudinis se non extendit extra territorij terminos. arg. l. 53. C. de decur. v. o. jure communi prohibitum filiis familiæ testamento condere pr. Inst. Quib. non est permisum: idem tamen si per statutum concedatur; filius familiæ civis, (non etiam fo-rensis, quamvis ibi degat) poterit testamento heredem instituere, ita, ut quoad bona in patria; seu loco cuius subjectus est, sita, ex testamento; quoad cetera successorem ab intestato nanciscatur: Gail. & Bald. d. 10.

13. His non obstat municipale nostræ Reip. in der R. N. D. sub iur. Wann die fremden Stieffgeschwistern mit den rechten Geschwi- sterten so von beeden Banden erben sollen. Ubi statutum refertur secundum quod fratres unilaterales simul succedunt cum fratribus ambilateralibus; diuque ita usurpatum deprehenditur, ne id in extraneis minus quam civibus locum haberet, donec postea utilitate pu- blica suadente ita explicatum fuit, ut civibus hodie uti eo contra extraneos, non extraneis contra cives nostros liceat, nisi & hi idem statutum apud se vigere, nostrosque cives apud illos hoc casu admitti ostenderint, (Rationes huius explicationis vid. apud Berlich. p. 3. concl. 51.) & denique Anno 1564. 1613. casu aliquo emergente plenissime declaratum, quo unilaterales Ulmenses cum ambilateralibus Ulmensibus concurrentes secundum statutum succedere jussi sunt; aditumque sententia fuit, ut idem imposterum in similibus casibus observaretur. Nec hic in gradu secundo substitut parentum nostorum cura, sed & ad tertium usque & jus representationis processit; ita ut fratrum unilateralium liberi non excludantur à demortui suc- ceSSIONE per ambilateralium fratrum existentiam. R. N. D. sub iur. Döchter (ita enim legit meum exemplar. Excellentiss. Dn. Praes patr. omni obsequio, proseq. in disp. Elem. p. 3. sect. 2. thes. 10. in iusticii habet Dicte

F

ter) vnd Enckel sollen zu Erb gohn an Ahnen vnd Grossvaters Gut ibi. Unsere Herren Meister vnd Rat/ Schöfle und Amman haben erfandt/dass nun hinförst mit des abgesetzten Geschwisteren Geschwistert Kinder an statt ihrer Väter vnd Mütter zu Erb gehen sollen/noch ohn unterscheid ob deren Geschwistert vnd deren Kindern den abgesetzten einer seit verwandt gewesen wesen/ vermög dishalb inhabender Freyheit. Aetum vff Samstag nach Blasij de anno 26.

14. Horum statutorum essentiam quod attinet, quin ea sit legitima dubitari haud existimmo, quod enim fratres ambilaterales hodie excludant unilaterales, id mero jure civili & per Novellas Justiniani constitutiones demum effectum est. Novell. 118. cap. 3. jure enim Romano veteri sine distinctione utriusque vinculi consanguinei fratres sibi invicem succedebant, ideoque recte idem iterum mutari statuto potuit, arg. §. 11. Inst. de I.N.G. & civil. Explicatio vero eius seu effectus pugnare videtur cum iis, quæ in thes. 11. proposuimus: quin enim frater unilatecalis concurrens cum ambilaterali non sit persona habilis ad succedendum de jure communi, per d. Novell. 118. cap. 3. satis manifestum. Ergo omnino, ut succedere queat, statuto ad id eum habilitante opus fuit: atqui statutum forenses non habilitat: Ergo forenses secundum statutum Argentoraten se unilaterales cum ambilateralibus in agro seu territorio nostra Reipubl. non succedunt, contra explicationem Amplissimi Senatus de anno 1564. 1613. supra à nobis propositam. Resp. vel id fieri posse ex speciali privilegio; quo respicere verba ultima d. t. videntur. Döchter vnd Enckel &c. ibi: vermög dishalb inhabender Freyheit & in antea alleg. explicatione de anno 64. ibi: So soll die Erbschafti vermög des alten Statutu vnnd meiner Herren Freyheit vertheilet werden. vid. disput. elem. Excellent. Dn. Praef. p. 3. f. 2. th. 21. in ērteori: vel (quod magis placet) dicendum, non tamen dd. statutis respici ad personas succendentium, quam personam defuncti. Cum enim ille mutare constitutionis vim testamento valeat, eo ipso, quod nullum confecit, secundum ll. civiles & statuta loci morti voluisse ne quidem dubitandum monet Gail. d.O. 124. num. 2. ut adeo unilaterales fratres hoc in casu ex tacita voluntate defuncti, cui statutum annuit, succedant. Et hanc responcionem probat Bart. ad d. l. 1. C. de summ. trin. num. 42. ubi talem ponit casum. Est statutum in Anglia, ut primogenitus succedat patri exclusis fratribus; discedit quidam habens bona in Anglia & Italia. Quæritur. Quomodo primogenitus succedat. Quia hoc statutum est personale ideo distinguit, an decedens (non an primogenitus) fuerit Anglicus vel non: isto casu solum



4
583

solum primogenitum succedere, sed tantū in bonis Britannicis, in cæ-
teris simul cum fratribus secundum iura communia concludit.

15. Et haec tenus de statutis permissoriis, quatenus sunt conce-
pta in personam, seu quatenus persona m ad actum habilitant: quid si
concepta in rem? Hic sane procedit quod Gail. 2. O. 124. num. 16. tra-
dit, statutum etiam locum habere & obligare non subditum, fac. l. 4.
§. 2. de censibus. t. t. C. Vbi in rem. Ita tamen, ut nec subditus ultra res ibi
sitas eo constringatur, per l. fin. de juridicitate l. 27. de tut. & cur. quod pro-
bat & declarat eleganti exemplo Mollerius 1. semest. 29. in quo singulari-
ter notandum, procedere d. regulam etiam si statuto inserta verba
sint: Die Güter liegen auch wo sie wollen. Nec enim clausula hæc
efficere potest, ut bona extra territorium posita alicujus jurisdictioni
subjiciantur, contra d. l. fin Carpzov p. 3. 12. 12. in fin. Quare si quis de-
cedat bona habens immobilia vel mobilia cum animo perpetuo re-
linquendi, quædam in Lotharingia, quædam in territorio Argenti-
nensis Episcopi, alia sub imperio nostræ civitatis: quoad hæc secundum
iura Argentoratensis; quoad ista, secundum Episcopalia statuta; quoad
illa, ad normâ Ducatus Lotharingie hereditas judicanda est. v. Barr. ad
d. l. 1. C. de summ. trin. n. 42. Idemque servatur in jure detractionis: in
dem Abzugsrecht: quod nostra quoque in Rep. viget, ut patet ex con-
stit. Wieden Fremden die Erbfäll aus dieser Statt vnd Obrigkeit
geföllt werden sollen: & sub iiii. Wie die fremden ausländischen Er-
ben ihrer Stippschafft vnd Abzugs glaubwürdige Urkunden ausbrin-
gen vnd ihnen ihr Erbtheil geföllt: auch das nur gewisse approbitte
Notary darzu mögen vnd sollen gebraucht werden. adde Rauchbar. p. 1.
quaest. 17.

16. Supersunt statuta hereditaria, quæ de ipso judicio heredi-
tario instituendo agunt, & vel versantur circa ordinem & formam
judicij, vel decisionem causæ, vel executionem sententia. In statutis,
quæ agunt de forma processus: ejus loci mores spectandi, ubilis
tractatur l. 1. C. Que sit longa consuet. l. 3. §. fin. de relibris. l. 2. Cod. testa-
menta quemadmod. aper. In iis vero quæ ad decisionem causæ perti-
nent, ejus territorij mores retinendi, in quo negotium vel causa ori-
ginem traxit. arg. l. 6. ff. de evict. l. 1. de usur. Veluti, si testamentum ex con-
suetudine loci coram duobus testibus quis condiderit, in judicando
mores illius territorij attendendi; ut & si in certo quodam loco filio-
famil. concedatur testamentum condere; tum enim quidquid in illa
terta servari solet, in judicio observandum est. Quod si vero statuta ea
de executione loquantur, distinguendum, an sententia ibidem execu-

tioni mandetur, ubi judicatum; & tunc haud dubie servantur mo-
res loci, ubi judicium institutum: vel in loco alio, & aut executor alien-
ni territorij exequitur rogatus à magistratu qui sententiam tulit, &
idem servatur quod in casu superiori: aut per se & extraordinaria
potestate, quo ultimo in casu secundum sui loci statuta executionem
facit. l. 6. C. de exact. 10. 19. Bald. ad d. l. 1. C. de sum. trin.

17. Diximus supra thes. 9. alia statuta esse permisoria, permit-
tentia nimis ea quæ jure civili sunt prohibita: alia prohibitoria,
quæ jure civili permisla prohibent. Jam de ipsis cum actum sit satis:
superest, ut de his pauca moneamus. Eaiterum vel versantur circa
solemnitates, vel personam, vel res. De iis quæ circa solemnitates vel
res aliquid disponunt notandum, omnia ea in prohibitoris quoque
procedere, quæ de permisoriis dixi: de prohibitoris in personam uni-
cum uberius adhuc explicandum.

18. Sunt itaque ea vel favorabilia vel odiosa. Si favorabilia, re-
stringuntur tantum ratione subjecti, ut locum habeant in civibus:
ampliantur vero ratione objecti, ut quoque observentur in bo-
nis extra territorium statuentium sitis. Sic tutor pupillo datus omni-
bus bonis constitutur l. 5. §. 12. ff. de rebeor. quil. propter item. 21. §. luec
2. de excus. tut. & cui bonis interdicunt etiam ea administrare nequit,
quæ sunt extra territorium statuentis. arg. l. 10. de cur. fur. l. 6. de V.O.
Quod eleganter expressissime videtur statutum reipubl. Argentoratensis:
sub tit. Mann vnd Weiber mögen ihr Gut nicht geben in Eigen-
schafts weiss. Verba statuti hæc sunt: Kein vnserer Burger (nota
restriktionem ratione subjecti) mag geben seinem Weib / noch sein
Weib vnser Burgerin (iterum restringitur subjectum) mag geben
ihrem ehelichen Mann/ seiner hand Gut (nota ampliationem ratio-
ne objecti) das die Eigenschaft sein seye/ nūfens zum Widumb/welo-
ches vnser ihnen dem andern geb sein Gut zu eisen/ die Gissi soll nicht
gelsten/in welchen weg das geschehe. Ergo nec heredem instituere, nec
legatum proprietatis relinquere obstante hoc statuto civis Argento-
ratensis conjugi poterit. Quæritur. An civis nostra reipubl. possit
conjugem in bonis extra territorium Argentoratense sitis instituere:
& an secundum eius loci statuta, ubi ea bona sita, lis terminari debeat:
Sane quia hoc statutum est favorable, putarem vires suas extendere
etiam ad bona extra territorium sita: per ea quæ dixi in pr. h. thes.
Favor autem hujus statuti duplex, unus respectu ipsius matrimonij,
quod hac ratione purum sanctumque servatur l. 1. 2. 3. ff. de donat. inter
vir. & uxor. alter respectu liberorum: ut facilius educentur d. l. 2. nec
avitis



40
509

avitis paternisque bonis facile exspolientur l. 6. C. de secund. nupt. Bart.
ad d. l. i. num. 32. dissent. Bald. eod. num. 18. & hoc forte applicari potest,
quod Decius cons. 207. num. 5. citat. à Gail. 2. O. 123. in fin. existimat, sta-
tuta personalia saltem in consequentiam trahere res alibi sitas. Quod
si vero statuta ea fuerint odiosa, restringenda non solum ratione sub-
iecti, sed & obiecti, ut non procedant nisi in bonis, quæ ubi statutum
vigeret, posita existunt cum odia sint restringenda. c. 15. exir. de R. I. in 6.
vid. Bar. d. n. 32.

19. Hactenus de statutis hereditatiis in genere dictum, in spe-
cie adhuc istud superest dubium: quatenus statuta hereditaria laico-
rum ligent clericos? Omisis allorum opinionibus Bartoli ad d. l. i.
n. 28. hic sequit distinctiones. Aut enim statutum conceptum est
directo super Ecclesiis & rebus Ecclesiasticis, & non valet statutum
cap. 7. 10. extra de consit. (quamvis de jure civili diversum hic defendi
queat arg. r. t. Cod. de Episc. & cler. de SS. Ecl. de Episc. aud. &c.) vel simpli-
citer, & in genere est conscriptum; Idq; vel pugnat cum iis, quæ clericis
aut rebus sacris competunt ut privilegium: aut jure communii sicut
cæteris omnibus. Ita casu statuta & consuetudines non obligant
clericos auth. cass. C. de SS. Eccles. &c. noverit 49. de sent. excomim. hoc vero
casu persona & res Ecclesiasticae: ordinationes laicorum sequuntur,
ex quo in foro Episcopali sunt servandæ: c. 3. exir. de eo qui mitr. in poss.
cap. 8. extra de in integr. refit. nisi parum ex honestâ fuerint. cap. 8. extra
de sent. & re jud. Quare si statutum in aut be vigeret, ut testamenta co-
ram duobus notariis conficiantur, vel ut insinuentur: clerici etiam
secundum horum statutorum formam ultima sua elogia condere te-
nentur: qua omissa ipso jure sunt invalida, nisi quoad pias causas, quæ
de jure Canonico speciali privilegio sunt exemptæ cap. 11. exir. de refam.
Similiter etiam secundum nostræ Reip. statuta avus clericus Argen-
torati in successione nepotis fratrem defuncti unilateralem admitt-
tere etiam ex fundamenis juris Canonici tenetur, statutum hoc ha-
betur im Stattbuch fol. 132. verba ejus hæc sunt: Unsere Herren
Meister und Rath sampt ihren Freunden den Ein und zwanzigen ha-
ben erkandi gesetzt vnd geordnet / das hinsüd ein Grossvatter oder
Großmutter ihr abgestorben Enkel mir vnd neben desselben von einen
vnd benden banden geschwisteren zu gleichen theilen in die Häupter
erben / und das solches zu künftiger gedächtniss zu anderen Arzten
in das Stattbuch eingeschrieben werden soll. Actum & decretum
Mittwoch den 16. Mai. Anno 1565. & parens laicus excludet filium
clericum ab hereditate fraterna, per statutum cuius mentionem facit

Excellen. Dn. Prof. p̄cept. & patr. humili cultu prosequendus in disput. Elem.
p. 3. sc̄ti. 2. th. 15.

20. Sic per singula membra proposita quæstione explicata; breviter: **eam** & paucis verbis ita reperio, aut statuta versantur circa solennitates agit, & tunc ibi tantum valent; ubi statuta sunt: (1) locum habent tam in subdito quam forensi. (2) Se extendunt ad bona extra territorium statuentis sita: aut versantur circa personam, legitimando eam vel illegitimando, & requiritur, (1) ut persona sit subdita. (2) nec in aliis bonis, quam quæ in statuentis ditione sunt posita (ubi autem possit bona quæque censeantur jam in parte prima explicavi) locum obtinet: nisi sint favorabilia. Aut concepta sunt in rem, & ratione subjecti valent etiam in non subdito, verum ratione objecti tantum in bonis, quæ statuentis imperio sunt subjecta, procedunt. Item alia statuta agunt de judicio informando, & spectatur locus judicij, vel lite prosequenda, & observamus ordinaciones eius loci, ubi negotium celebratum; vel denique de executione sermo est, & vel idem qui judicavit: vel alius sed rogatu primi judicis sententiam exequitur, & iterum locus judicij spectatur, vel alius iudex spontaneo motu & extraordinaria potestate exequitur; & tunc secundum loci consuetudines, ubi executio fit, ea celebratur. Clericum vero in specie statuta laicorum tenent, quæ non singulariter de personis vel rebus Ecclesiasticis, nec contra libertatem, Ecclesiae statuant.

21. Absolvi haec tenus, quæ de hereditate vulgari petenda occasione l. un. dicenda putavi. Superest unica & affinis quæstio: Ubi nemp̄ & secundum cujus loci statuta successio feudalis judicari debeat. In qua quæstione distinguendum primo cum Wefenb. paratil. de H. P. n. 11. An feudum sit hereditarium vel non. Si hereditarium, aut simpliciter est hereditarium concessum sibi & quibuscumque heredibus. Num rechten Erblehen fürt Erben und Erbenmen/aut secundum quid: in quo succedunt tantum heredes sanguinis, sed ut heredes communes. His sane casibus cum feudum pars hereditatis censeatur, simul que cum allodialibus in petitionem veniat Wefenb. d. loc. Gail. 2. O. 15. 4. num. 7. & seqq. Gothofr. Ant. disput. feud. 1. thes. 8. lit. D. ibi quoque, ubi tota hereditas pericit, feudum quoque, tanquam quod venit in consequentiam universitatis, petendum existimo. Quod si tamen successio hæc feudalis solveniat, puta si feudū hereditarium solū per fideicommissum quoddā sit relictum, vel si heres tantum in feudo sit institutus, alius in allodialibus; feudum hoc hereditarium judicio feudalē petendum statuerem, cum certi juris sit, omnia feuda, licet non habeant

beant propriam feudi naturam, jure tamen feudi censeri, & in quibus non specialiter impropiantur, proprium feudum imitari. c. si quis un. 2. f. 43 de feud. non hab. propriam feud. adde Gotha. Ant. disputat. feud. 11. lib. 7. lit. E.

22. Sequitur de feudo non hereditario, & vel queritur ubi iudicium primæ instantiæ institui debeat, vel instantiæ secundæ. In primæ instantiæ judicio (à possessorio enim regulariter non appellatur de jure civili l. 36. C. de appell. & novissimo Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. ult. & t. 29. §. viii so & seq. licet de jure Can. secur sit c. 12. extra de appell. Pac. Ans. Cod. de sent. & interl. in si.) duo iterū veniunt consideranda. (1) Possessorium, deinde petitorium. Possessorium quod atinet, id iterum vel simplex est, vel admixtum habet rei persecutionem. l. 2. §. 2. de interdict. Si simplex, qualia sunt possessoria hereditatis remedia, & imprimis hereditatis feudalis. (neque enim quis mittitur in possessionem feudi, nisi possessio ea sit vacua, per textum feud. 12. Gorbofr. Ant. disput. feud. 1. thes. 5. lit. E. p. 25. & sic per officium judicis. Ros. cap. 2. conclus. 29. in gl. lit. D. & cap. 7. concl. 43. inglof. lit. C. quomodo etiam explicanda c. 1. 2. si de feud. def. 2. feud. 26.) verius esse puto, posse quidem a & orem eligere iudicem feudalem cap. dominus vocat §. si vero vasallus. de milite vasallo qui contumax est. 2. feud. 22. ubi vocabulum debet non necessitatem involvere, sed persuasionis & consilii vita obtinere satis præcedens vers. docet, ibi curiam debere vocari: nō tamen cogi, sed ordinarium loci adi-
re posse. textus est expressus in cap. ex parte 15. extra de for. compet. quem male Dd. restringunt ad personas miserabiles: cum in decisione ipse pontifex ita dicat: Mandamus quatenus si vobis conisterit, dictum nobis terram & mansionem habere in Andegavensi diaconi, in qua interdum coniuvit communari, & ipsam diœcesis ultra duas à Turron non distare dia-
cas, & in eadem litigiosam rem esse: non obstantibus exceptionibus aliis, quæ in petitorio potius quam in possessorio, quod regina contra eundem nobilem intentabat, locum habere videntur: inter quas exceptiones etiam ista fuit in vers. idem quoque: quod nimirum magistratus seu judex feuda-
lis ab Imperatrice Anglia aditus non fuerit. Non itaque ratio deci-
dendi consistit in favore personæ, prout allegabat quidem regina in
vers. ad hoc autem: sed in justitia causæ: quia in possessorio feudaliter reus non necessario est convenientius coram domino feudi aut paribus curiæ: facit pro hac explicatione, quod in textibus feudalibus nullibi dicatur, quod causa possessionis sit tractanda coram paribus aut do-
mino curiæ; sed quod lis de feudo ipso, in petitorio ibi sit decidenda;

exempla



exempla hujus rei sunt in cap. un. de controvers. feud. apud par. term. 2. f. 16. cap. si contentio i. feud. 10. c. un. 2. feud. 20. c. un. §. insuper. 2. vers. præterea de prohib. feud. al. 2. feud. 55. accedit denique quod hanc sententiam communis praxis & Camera Imperialis servat: sicut ipse fatetur Goth. Ant. disputatione 14. thes. 1. lit. C. ubi exercitij causa contrariam sententiam se defensurum profiteretur. vide Ros. cit. apud Ant. d. loc. qui plures adfert rationes; & latius de hac controversia disputat.

23. Quod si ita apud ordinarium de possessione litigium finitum: non poterit regulariter apud eundum ipsa etiam controversia feudalibus & peritorum exerceri: sed aut dominus feudi, aut pares Curiae, aut simul utrique audeundi erunt. Nec obstat cap. 1. extra de causa possessionis & proprietatis l. 10. C. de jud. (1) Quoniam habemus hac de re textus feudales, qui in dubiis feudalibus derogant juri communii c. un. pr. de feud. cognit. 2. feud. 1. (2) Quia in feudis non interdicto Quorum bonorum, sed extraordinario officio judicis possessio constituenta thes. supr. prox., de qua specie d. c. 1. & l. 10. loqui negaverim. Denique quia haec regula fallit, si judex possessionis pro suis alterius fori sit, & omnino in principali iudicio incompetens, textus elegans in cap. ultim. extra de iudicis: ita verbi causa judex secularis cognoscit aliquando de possessione; non tam en statim de ipsa causa secunda seu principali cap. 7. qui filii sint legitimi. Similiter & hic cum ordinarius loci dominus regulariter in feudis sit incompetens, possessorio penes eum finito in petitorio dominus feudi, aut pares curiae, aut simul utriusque implorandi, qui quidem non indistincte competentes, sed pro diversitate deum causæ, de qua contenditur legitimi existunt. Ita si duo vasalli inter se litigant, dominus erit judex cap. un. §. ultim. 2. feud. 55. vel quisquis pro domino est, velut tutor & vicarius. Gothofr. Ant. disputatione 14. th. 1. lit. B. Si dominus cum vasallo litiget, puta quando is, qui habet feudum a domino, in aliud quoque succedere vult, ipso antiquum, domino novum contendente: quo in casu pares Curiae judices erunt. Goth. Ant. d. loc. thes. 2. 3. cap. un. 1. f. 4. 21. 22. §. ult. 2. f. 16. 55. § fin. vel denique cum domino pares judicant, quotiens scilicet dubium utrum cognitio ad dominum, an ad pares curiae pertineat, certum tamen est, ad alterutros pertinere Gothofr. Ant. d. loc. thes. 6. Alii in casibus coram ordinario loci lis terminatur, vid. c. un. 2. feud. 15. vel coram arbitro reus convenit. Ant. d. disputatione 5. Unde sequitur in casu cap. un. pr. 2. f. 26. non judicium futurum parium, cum ibi dominus vasallum fidelem suum esse neget, ut adeo parium judicium esse non possit, cum ceteri vasalli pares esse negentur, nec quisquam possit ju-



4
500.

dex esse in causa illa, in qua controvertitur id, quod est litis fundamen-tum. Ant. d. loc.

24. Non vero, quæ haec tenus de feudali judicio dicta sunt, ita intelligenda, quasi ab injusta sententia nulla concederetur provocatio. Certum est, primæ quidem instantiæ judicio vel dominum, vel pates, vel utrumque regulariter pœnæ, qui si in decidendo erraverint, iniquitas hujus sententiæ appellationis remedio est corrigenda. Sed ut proprius ad rem accedamus, distinguendum, an investiens ipse fuerit vasallus superioris, & per subinfeudationem feudum concesserit c. i. pr. vers. si vero. 2. f. 9. c. i. §. similiter. & seq. de L. Corrad. 2. f. 34. c. Imperiale. §. illud. 2. f. 5. An allodium suum in feudum dederit. Priori casu, proxime superior dominus feudi est adeundus: gradatim enim fieri appellatio debet. l. 21. de appellat. quod procedit etiam si vicarius iudicio præsiderit l. i. §. 1. Quis à quo appell. & ita quoque intelligendum quod in c. un. §. ult. 1. f. 22. del' imperatore dicitur: ut scil. præsupponantur termini habiles, & fingatur judicium prius immediate habuisse Imperatorem superiorem. vid. Gail. i. O. i. num. 56. in quo capitulo & illud obseruandum, quod in appellationis feudalis iudicio ipsi etiam judges feudales se listere debeant, coram judge ad quem appellatur; & quod verba sex hebdomadas non corrigan decendium juris civilis, sed de tempore introducentur, non interponendæ appellatio-nis loquantur: monente Gorbi. Ant. disput. feud. ult. th. ult. lit. F. & G. Nec hoc jus mutatur, si priorem sententiam dicens fuerit Episcopus, cum enim feudalis questio secularis sit, Rechte rex appellabitur. ita Innocent. in cap. sollicita extra de major. & obedientia, nisi feudum hoc ex papali indulgentia originem traxerit. Ros. in Synop. feud. cap. 12. thes. 72. & 73. Quod si vero Dominus allodiij primus rem suam in feudum concesserit, loci judex ordinarietur adeundus. Ros. d. loc. thes. 74. Gothofr. Ant. disput. feud. 14. thes. 7. lit. B. Sane cum jurisdictione in rem, seu forum judicij realis non modo ibi fundetur ubi res est, sed & ubi dominus ha-bet domicilium l. ult. C. Vbi in rem. non absurdum putari, judicem etiam cui investitor est subjectus appellari: ne scil. quilibet, res suas infeudando, dominum suum earum jurisdictione queat privare.

25. Et hac de constituendo iudicio hereditatis, ubi illud insti-tuti debeat, dicenda putavi; claudio jam disputationem & explicatio-nem l. un. cum quæstione: quomodo & secundum cuius loci statuta succe-sio feudalij judicari debeat? Antequam autem ad ejusdem resolutionem veniam, illud præmittendum duco: ut in toto jure, ita & hic, specia-liora generalioribus derogate l. 41. de pan. l. 80. de R. l. 6. 34. de R. l. in 6.

G

Unde



Unde familiarum jura & privilegia , singulorum locorum statuta ,
hæc vicissim universarum ptovincialrum mores & consuetudines ex-
cludunt. Quibus p̄tēmissis status controversiae & casusita forman-
dus videtur. Paulus vasallus decedit , relinquens qui ipsi succedat in
feudo. De hac successione diversa sunt statuta , diversæ consuetudi-
nes : alia in provincia ubi Curia domini sita ; alia ipsius curiæ domini-
cæ , alia loci ubi contractus primo est celebratus , alia denique ubi
res feudalis extat. Q. Secundum cuius loci statuta feudum judicari
debeat ? Ad hujus dubij decisionem prōpono primo regulam ; deinde
regula ampliationem & limitationes. Regula est , quod hereditas
feudalis sit judicanda secundum statuta loci ubi res feudalis est sita.
Gothofr. Ant. dīsp. feud. i. th. i. lit. M. p. 7. Ampliatur quod locum habeat
non solum in feudis propriis , sed & ordinarie in feudis impropriis
Gothofr. Ant. d. loc. lit. C. in fin. Limitatur primo , nisi dominus facultatem
conficiendorum statutorum habens disposeret , se velle statu-
tum id valere ubique bona infeudanda sita sint . (nam de infeuda-
tis dominus in præjudicium vasallorum jam existentium sine conser-
su eorum statuere nihil potest l. 74. & seq. de R. I.) Quoniam in contra-
ctibus semper id servandum quod actum est l. 34. d. i. jam vero certum
dominum id egisse quod semper se acturum prædictit , nec fidelem
dissentisse , qui sciens conditioni non contradixit l. qui rater eod. c. s. de
præsumit . Nihil obstant quæ supr. ibef. 14. disputavimus : hic enim de
negotio quod initium ex contractu sumbit , & de re feudal statuentis
dominio & jurisdictioni feudali supposito loquimur . 2. Excipienda
ab hac regula statuta , quæ ad formam contractus feudalis pertinent :
in his etenim locus ubi contractus celebratus spectatur. Ros. c. i. concl.
14. per tot. & num. 21.

Habeshic benevolē lector quæ in l. un. C. Vbi de hereditate agatur
notatu digna existimavi : in quibus si quid bene , aut quod non dispi-
cet , dictum supremi id numinis munus agnosco ; sin male , meæ im-
becillitat & juventuti æquo animo condonabis : ego hic subfisto ,
tu minus congrue posita corrigere , omissa supple : pro his
etiam D̄o sit laus gloria & honor.
Vale Lector.

F I N I S.



A D
Præcellentem Dn.
JO. SEBASTIANUM GAMBSIUM,
J. U. Canditatum

amicum è paucis,

SOLENNITER DISPUTANTEM.

Hereditates quo petende sint foro,
Dum disputas, & explicas anigmata
Iuris Latini, Principumqz oracula,
Et legis vnicæ plicas non vnicas,
Amice GAMBSI, fratri & loco & fide
Pridem mihi estimate: iam decernitur
Hereditas Tibi sat ampla, quam Themis
Cum dote nobili dabit preium sui
Prudentiaqz, tot laboribus tibi
Parta. Quod enuire faxit ampliter
Deus, propinquat illa & instat iam dies,
Quæ tibi a splendidum Doctoreo
Per compita urbis, ciuibus solatium
Ostendet, inclytæqz lumen patriæ!

piò affectu votoque

scr.

Jo. HENR. BOECLERUS,
P.P. Collegii Phil. h.t.
Decanus,

12.01

Eximio atque Doctissimo,
JUVENI
DN. JOH. SEBASTIANO GAMBSSIO,
AMICO MEO HONORANDO,
DISPUTATURO,

Post ver, coruscantemque, florum gratiam.
Æstas onustum frugibus promit caput.
Sic, cuius hactenus piam solertiam
Florere later vidimus profectibus,
Gambsi, decentes ferre fructus incipis:
Et quicquid ingenius spoponderat Tui
Ver, id modus jam vincit æstas pluribus.
Quos exhibes, docti labores hoc docent.
Quantam inde messem publicum metet bonum!


fec*i*

M. SAMUEL SCHAZZESIUS,
Lat. Ling. in Gymnasio
Argent. Praecept.

X261588g

VDT7





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimeters

multi-
s finis
aristo-
n diri-
ropter
pirare
tameu
m non
medio-
piritus
niant.
r nares

Prima-
tilatur
reditur
er acci-
ius est,
ria aer,
urat ex-
sed qua-
pianoris
lade loc.
rax con-
mig, ut
ar. Per-
rteriam
gustiam
tur, atq;
i. de loc.
est ma-
de clau-
qui vox
qua dici-
, lingue
, que

ANALYSIS

LIBR I III. Cod. tit. XX.

UBI DE

HÆREDITATE AGATUR,
VEL UBI 1643 10.
HEREDES SCRIPTI
IN POSSESSIONEM
MITTI POSTULARE
DEBEANT.

P. 302.

QVAM

D. T. O. M. A.

Sub PRÆSIDIO

DN. JOH. OTTONIS TABORIS, JUD.
CELEBERRIMI, CODICIS ET FEUDALIUM
consuetudinum in alma ARGENTORATENSIVM UNIVER-
SITATE Professoris meritissimi, Patroni & Præceptoris
devoto pectoris cultu extatim
prosequendi.

Publico Solenniq; examine ventilandam
proponit

die 13. Augus*t*i.

JOHANNES SEBASTIANUS GAMBS,

ARGENTORATENSIS.

AUCTOR ET RESPONDENS.

S:O:S:

ARGENTORATI
Typis JOHANNIS RPPIL.

DC. XLIII.

KENERIJD
UNIVERS.
ZV HALLE

